In Adverbii & Conjunctionis terminationibus paucæ observantur Dialecti, scilicet θεν & θε pro θεν & θε & contrà in Adverbiis localibus, ut ὄπισθεν, ὄπιθεν retro; ϐαϐαιὰξ papæ, pro βαβαὶ; μόγις vix, pro μόλις; δὴ pro δὲ, Atticè; ἐνθαῦτα pro ἐνταῦθα, hîc; ἀληθέως pro ἀληθῶς, &c. Ionicè; πόκα pro ποτὲ, *quando*; ὅκα & ὅκκα pro ὅτε, *aliquando*; μὲς pro μῶ, *quidem*; αἰὲς pro αἰεὶ, *semper*; ἐνδὲ pro ἔνδον, *intus*; κάλως pro καλῶς; εἰκὰ pro εἴκεν, *si*; ἔμπροθεν pro ἔμπροσθεν; ἄλλοτα pro ἄλλοτε, Doricè.

In præpositione inveniuntur, ἐνὶ, ἔνι, εἰν *pro* ἐν; ἀπαὶ *pro* ἀπὸ; παραὶ *pro* παρὰ, καταὶ *pro* κατὰ, ὑπαὶ *pro* ὑπὸ, *Poëticè*; ποτὶ *pro* πρὸς, πὰρ *pro* παρὰ *Doricè*; ἀμπὶ *pro* ἀμφὶ, ζὰ *pro* διὰ *in compositione, ut* ζαϐάλλειν *pro* διαϐάλλειν, calumniare, *Æolicè*.

Huc minimè pertinent (cum varietas non sit in terminatione) illa, πώμολα *pro* οὐδαμῶς, nequaquam; ἀμηγέπη, quodammodo, *quæ sunt propriæ voces Atticorum, ut* κάρτα, admodum, ἀνακῶς sedulò, ἐπιστρεφέως dolosè, ἐκτοπείως absurdè, *sunt Ionum*; ἦμος & τῆμος, cum & tum *Doricorum*; τόφρα, ὄφρα, tamdiu, quamdiu, ἄλλη alibi, *pro* ἀλλαχοῦ, ἀλλαχόσε; ἄντα contra, *pro* ἐναντίον; ἄντην coram, *pro* ἐνώπιον; πάρος ante, *pro* ἔμπροσθεν; ἀντικρὺ è regione, *pro* ἀπαντικρὺ & καταντικρὺ, *atque ejusmodi alia, quæ sunt Poëtica*.

DAMOCHARIS.

Μὴ νεμέτα βαιοῖσι, χάρις βαιοῖσιν ὀπηδεῖ.
Ne parva averseris, inest sua gratia parvis.
Δόξα μόνῳ τῷ Θεῷ.

Primitiva, si non omnia, saltem præcipua, Græcæ linguæ vocabula, ad quæ reliqua reduci possunt.

Per I. SURSINUM collecta.

Adjectis ex optimis Authoribus, Etymologiis quàm plurimis, quæ Asteriscis notantur.

A

Ἀ'ζω, exhalo, à sono quem inter exhalandum edimus.

Ἀάσκω, noceo, lædo.

Ἀβάσκαντος, non invidus, benevolus.

Ἀβολέω, ῶ, i. Ἀντιβολέω occurro, obvius fio.

Ἄβρα sive ἄβρεα, ἡ, ancilla, famula.

Ἀβύρβηλος, vanus, inanis.

Ἁβρὸς, mollis, delicatus.

Ἀγαθὶς, ίδος, ἡ, fasciculus fili

*Ἀγαθὸς, bonus, quasi ἀγασὸς, admirandus.

Ἄγαν, nimis, immodicè.

ἀγανακτέω, doleo, affligor.

Ἀγαπάω, diligo, amo.

ἀγάπη, ἡ, charitas. dilectio.

Ἀγάω, demiror, invideo.

ἀγάλλω, orno, insignio.

Ἄγγελοι, Regum nuncii.

Ἀγγέλλω, nuntio.

A

Ἄγγος, τὸ, nomen generale, vas.

Ἀγείρω, ago, congrego.

ἀγορὰ, ἡ, forum

ἀγυιὰς, ιᾶος, ἡ, idem.

Ἀγέλη, ἡ, armentum, grex, propriè boum.

Ἄγκιστρον, τὸ, hamus.

Ἄγκος, τὸ, vallis.

Ἀγκύλη, jaculi genus.

ἀγκυλομήτης, ὁ, obliqua consilia animo agitans.

Ἄγκυρα, ἡ, anchora.

Ἀγκὼν, ῶνος, ὁ, cubitus, sive cubitum, locus curvaturæ.

Ἀγκαὶ, ulnæ, plural. num.

Ἀγκάλη, ἡ, ulna.

Ἀγκοίνη, idem

Ἀγρεύω, immundus & sordidus sum.

Ἀγρὸς, ὁ, palma, vel cubitus, ulna

*Ἀγὸς, ὁ, ager, rus, ab Ἀρῶ, aro.

ἀγείζο-

Ἀγρίζομαι, irritor.
ἄγρα, ἡ, captura, venatio.
ἀγρηνὸν, τὸ, rete, seu reticulum.
Ἀγχὶ sive ἀγχοῦ, propè, juxta.
Ἄγχω, strangulo, suffoco.
Ἄγω, duco, affero, veho.
Ἀγυιὰ, ᾶς, ἡ, vicus, via.
Ἄγω & ἄγνυμι, ab ἀγνύω, inusit. frango, rumpo.
ἀκτὴ, ῆς, ἡ, littus
ἀκτὶν, ῖνος, ἡ, radius solis.
ἄξων, ονος, ὁ, axis rotæ.
ἀγὼν, ῶνος, ὁ, certamen, solennes ludi.
ἀγωνία, ἡ, certamen, angor, fractio.
Ἁδρὸς, ὁ, multus, magnus, abundans.
Ἄθλος, ὁ, certamen, labor.
* Ἄεθλον, τὸ, præmium certaminis, ex α intensivo, & ἐθέλω, volo; vel ex τλῶ, tolero.
* Ἀεὶ, αἰεὶ, αἰὲν, semper, quasi ἀεὶ ὄν.
Ἄει, i. ζήτει, quære, in Imperat.
Ἀείδω, cano, carmine celebro.
Ἄδω, canto.
Ἄζα, ἡ, fuligo, cinis & pulvis
Ἀζηὸς, ἀϊζηὸς, juvenis, quasi ἀεὶ ζέων, semper fervens.

Ἄγος, τὸ, res venerationem habens; & scelus, piaculum.
ἅγιος, sanctus.
* Ἀὴρ, ἀέρος, aër, ab ἄω, spiro.
* Ἀθήνη & Ἀθηνᾶ, & Ἀθηνάα, Minerv, quasi ἄθηλος, lacte non nutrita.
Ἀθρέω, video, cerno, considero.
Ἀθρόος, confertus, coacervatus, in unum collectus, aut densus, frequens.
Αἰ pro εἰ, ii.
Αἶ vel αἶ, hei, heu, eheu.
Αἰάζω, lugeo.
Αἴγλη, fulgor, splendor, nitor.
* Αἰδὼς, όος, ἡ, veneratio, pudor, ab α & εἴδω, quia pudor oculos dejicit.
Αἴθω, uro, incendo, accendo: interdum ardeo, fulgeo; unde αἰθὴρ æther.
Αἴλουρος, catus, felis.
* Αἷμα, ατος, sanguis, cruor, ab αἴθω.
Αἷμος, dumus
Αἱμύλος, blandus, festivus, circumspectus.
Αἰνὸς, gravis, horrendus.
Αἶνος, apologus, dictum fabulosum, aut proverbialis sermo. Item laus.
Αἶξ, ἡ, capra, & ὁ Αἶξ, caper.

Item

Item signum cœleste, avis.
Αἰόλος, varius, variegatus.
Αἰονάω. aspergo, perfundo.
Αἰπὺς, altus, excelsus.
Ἄρω, apto.
Αἱρέω, capio, invado, eligo, antepono.
Αἴρω, tollo, elevo, offero.
ἀείρω, i. εἰς ἀέρα αἴρω, erigo, attollo; item affero, præbeo: etiam necto, copulo.
ἄρσις, elevatio, sublatio, erectio.
ἄρσιχος, loculus, arcula, crumena.
ἄρτος, panis, ex ἄιρω, offero.
* Αἶσα, parca, fatum, quasi, ἀεὶ οὖσα.
Αἰσιμόω, insumo, impendo.
Αἰσθάνομαι, sentio, de sensu corporis.
Ἀΐσσω, ruo, irruo, prosilio.
ἀΐττω, prosilio, subsulto.
Αἴσυλος, iniquus, nefarius.
Αἶσχος, εος, τὸ, turpitudo, fœditas.
Αἴτης, mendicus.
Αἰτέω, peto, postulo.
Αἴτιος, αἰτία, αἴτιον, autor alicujus rei, qui, vel quæ, vel quod in causa est.
Αἰχμὴ, ῆς, cuspis, mucro.

Αἶψα, statim, celeriter.
Ἀΐω, Poet audio.
Ἄκατος, ἡ, genus navigii actuarii.
Ἀκέομαι, sano, medeor.
Ἄκος, medicina.
Ἀκὴ, cuspis, acies.
Ἀκμὴ, cuspis, acies: summum incrementum.
Ἄκανθα, spina.
Ἄκανος & ἄκαινα, idem.
Ἄκανθος, ἡ, herba spinosa.
Ἀκκὼ, οῦς, ἡ, Acco mulier quæ ad speculum cum imagine sua, solebat confabulari, à cujus nomine verbum ἀκκίζομαι, fingo, simulo nolle, simulatè recuso.
Ἀκόλουθος, pedissequus, comes.
Ἀκούω, audio, auribus percipio.
Ἀκροάομαι, audio. intelligo.
Ἄκρος summus, extremus.
Ἀλάομαι, vagor, erro.
Ἀλαζὼν, όνος, jactator, gloriosus.
Ἀλδέω, augeo, augmentum do.
Ἀλέα, locus apricus, & sole calens, calor, tepor.
Ἀλέγω, curo, rationem habeo alicujus.
Ἄλγος, εος, τὸ, dolor.
Ἀλείφω, ungo, lino.
Ἀλέω, έσω, molo.

Ἀλέω,

Ἀλέω vel ἀλέομαι, vito, cave.

Ἀληθὴς, verus.

Ἀλης, sive Ἀλὴς, condensus, confertus.

Ἄλις, satis, abundè.

Ἀλίσκω, capio.

Ἀλκὴ, robur, vires.

Ἀλλὰ, sed.

Ἄλλος, alius.

Ἀλλᾶς, ᾶντος, farciminis genus.

Ἁλάομαι, salio, salto.

Ἅλς, ἁλὸς, ὁ, mare: ὁ Ἅλς, sal.

Ἅλες, sal, sales, sermonis lepos, convictus.

Ἄλσος, εος, τὸ, lucus.

Ἁλύται, lictores.

Ἁλφω vel Ἀλφάνω, invenio.

Ἀλφος, albus.

Ἀλώπηξ, εκος, vulpes.

Ἅμα, simul, unà, cum.

Ἅμαξα, currus, plaustrum.

Ἀμάω, meto, ex quo, infinit voc. pass. ἀμᾶσθαι.

Ἄμη salix messoria, eriã ligo.

* Ἀμάρα & Ἀμάρη, aquæ ductus, sulcus, παρὰ τὸ ἅμην αἴρεσθαι, quod ligone fiat.

Ἁμαρτάνω, aberro, pecco; ex Ἀμαρτέω.

Ἀμαυρὸς, obscurus, etiam inanis, ignobilis.

Ἀμείβω, muto, permuto, alterno & transeo.

Ἀμέργω, exugo, ex quo Μόργνυμι & Ὁμόργνυμι, abstergo, exprimo.

Ἀμέλγω, mulgeo.

Ἄμιλλα certamen, contentio.

Ἄμμος, ἡ, arena, Ψάμμος idem.

Ἀμνὸς, agnus.

Ἀμόργη, herba quædam purpurea.

Ἀμὸς, Doricè, unus, unus aliquis.

Ἄμπελος, ἡ, vitis, vinea.

Ἄμπυξ, catena, funiculus auratus, quo sparsæ in equorum frontibus comæ colliguntur: etiam rota.

Ἀμυδρὸς, obscurus.

* Ἀμύμων, inculpatus, quasi ἄμωμος, sine reprehensione.

Ἀμυνω, auxilior, defendo.

Ἀμφὶ circa.

Ἂν, si.

Ἀνὰ, per, cum.

* Ἀνάγκη, necessitas, ab ἀνάγω, quia imperat.

Ἀναλίσκω, absumo.

* Ἄναξ Rex, ab ἄνω, quia Rex super alios. (spiro.

* Ἄνεμος, ventus, ab ἄω,

Ἀνθηρὸν, summitas, seu cacumen, & fluviorum labra, seu aggeres.

Ἀνήθω, quasi ἀναίθω, impu-

impudenter, licenter.
ἀνεύ, sine, absque.
ἀνεψιὸς, consobrinus, patruelis, fratris vel sororis filius.
ἀνέω, perpurgo.
ἀνέω, ex quo ἀνίημι, laxo, remitto, etiam reveho.
Ἀνὴρ, vir, homo, ab ἀνύω, perficio.
ἀνήνωρ, Poët. non virilis.
Ἄνθος, flos, ab ἄνω θεῖν, quod citò crescat.
ἄνθραξ, carbo, hulcus.
ἀνθρήνη, crabro, vespa.
Ἄνθρωπος, homo ab ἄνω ἀθρεῖν, quia sursum vultum tollit.
Ἀνία, mœror, ex ἰῶ, sano.
ἀντὰ, Poët. coram, palam.
Ἀντάω, obvius fio, occurro.
ἀντὶ, pro.
ἀντίος, adversus, ex adverso.
ἄντλος vel ἄντλον, & ἀντλία sentina.
ἄντρον antrum.
ἄντυξ υγος, ἡ, Poët. ambitus, circumferentia.
ἀνύω, Poët. ἀνύτω & ἀνύττω, Orator. perficio, perago.
ἄνω, supra, sursum. (go
ἀνώγω, jubeo, suadeo, insti-
ἀξίνη ascia, securis.
ἄξιος, dignus.
ἄορ vel ἄορ, ρος, τὸ, ensis.
ἅπαξ, semel.
ἀπατάω, decipio, seduco.

Ἀπαυράω, eripio, aufero.
Ἀπειλὴ, comminatio, minæ.
Ἁπλόος, ἁπλοῦς, simplex.
Ἀπὸ, ab vel abs.
*Ἀπόλλων, quasi ἀπολύων, quia malis liberat.
Ἅπτω, necto, alligo.
Ἁπαλὸς, tener, delicatus.
Ἅπτω, accendo.
*Ἀπεὶξ firmiter, à πείω.
Ἄρα, utique, profectò, itaque.
Ἀρὰ, precatio, preces, etiam noxa, damnum.
*Ἄριστον, prandium, quòd non nisi Deos precati veteres ad prandiũ accederent.
Ἄρης, Mars.
*Ἀρετὴ, virtus, quasi ἐρατὴ, amabilis.
Ἄραβος, strepitus.
Ἀράσσω, amputo, abscindo, etiam mulgeo, ut Ἀμέλγω, ῥάσσω, idem & ῥήσσω, frango, rumpo.
ῥάκος, εος, τὸ, lacera vestis
Ἀραιὸς, rarus, tenuis, unde ἀράχνης araneus.
Ἀργὸς, ὄ, albus, candidus.
Ἀργῆς, ῆτος, idem.
*Ἄργυρος, argentum, ab ἀργὸς, quod candidum.
Ἄρδω, irrigo potum præbeo.
Ἀρκέω, arceo, sufficio, duro, permaneo.
Ἄρκιος, sufficiens.

Ἄρκτος,

*ʼΑρκ]Θ vel ἄρκος, ursus vel ursa, ab ἀρκῶ.

ʼΑρκυς, rete.

ʼΑρνέομαι, recuso, nego.

ʼΑρόω, ώσω, aro.

ʼΑρπη, falx.

ʼΑῤρίω, ἄρσιω, mas.

ʼΑρνυμαι, capio, recipio.

ʼΑρτηρία, spiritus semita, arteria.

ʼΑρτι, modò, paulò ante.

ʼΑρχὴ, principium, exordium.

ʽΥπάρχω, initium do, sum.

ʼΑρω, apto, congruo.

ʼΑρθρον, artus, articulus.

ʼΑρτάω, appendo, suspendo.

ʼΑρτΘ, integer, incolumis.

ʼΑρ]ώω & ἀρτύω, apparo, adorno.

ʼΑρέσκω, placo, amicum reddo, etiam placeo.

ʽΑρμὸς, apta commissura, compages, coagmentatio.

ʼΑρωμα, adoramentum, aroma.

ʼΑσελγὴς, ές Θ, petulans, improbus.

ʼΑσις, ἴ, limus.

ʼΑσβολΘ, & ἀσβόλη, suligo.

ʼΑσκέω, exerceo.

ʼΑσκὸς, utris, saccus.

ʼΑσπάζομαι, amplector, amplexor.

ʼΑσπὶς, ίδ, clypeus rotundus, ut cyclopis oculus.

ʼΑσπίζω, defendo.

*ʼΑστὴς, stella, quasi ἀεσ]Θ semper in motu.

ʼΑστυ, τὸ, urbs.

ʼΑσω]Θ, qui servari nequit.

ʼΑταλὸς, tener, de ætate.

ʼΑτάω, lædo, noceo.

ʼΑτάδα]Θ, improbus.

ʼΑτη, noxa, damnum, clades.

ʼΑτρεκὴς, verus, certus.

ʼΑ]Θ pro ἀά]Θ, insatiabilis.

ʼΑτύζω, terreo, & perturbo.

Αυ, rursus, retro.

ʼΑυγὴ, splendor, lux.

*ʼΑρτεμις, Diana, quasi ἀρα τέμνουσα, quia aera scindit.

ʼΑυχὴν, ένΘ, cervix.

ʼΑυω & ἀΰω, clamo.

ʼΑφελὴς, έΘ, simplex, integer.

ʼΑφύω, haurio.

ʼΑφρὸς, spuma.

ʼΑφροδίτη, Venus, quia e spuma nata.

ʼΑχλὺς, caligo.

ʼΑχΘ, τὸ, dolor, mœror.

ʼΑω, flo, spiro.

ʼΑυλὸς, tibia.

ʼΑυλὴ, area, locus aper

*ʼΑυω, flo, splendeo, fulg unde ἠὼς, aurora.

Bά

Βάζω, Poet. loquor.
Βάκχος, furore percitus.
Βαβάζω, inarticulatè loquor.
Βάθος, τὸ, profunditas.
Βαίνω, ex Βαίω, eo, gradior.
Πρόβατον, pecus.
Ἀμφισβητέω, dubito, ambigo.
Βάλανος, glans.
Βάλλω, jacio, jaculor.
Βέλος, τὸ, telum, jaculum.
Ἀμβλὺς, obtusus.
Βαλλίζω, tripudio.
Βάπτω, mergo, immergo.
Βάρβαρος, barbarus, inusitatâ pronunciatione utens.
Βάρος, τὸ, pondus, onus.
Βάσανος, ἡ, lapis index.
Βασιλεὺς, Rex, quasi βάσις λαῶν, quòd in Rege salus populi fundata est.
Βασκαίνω, fascino, quasi φάσκαινω, oculis occido.
Βαστάζω, porto.
Βάτος, ἡ, rubus, sentis.
Βαυνος, fornax, caminus.
Βάλλω, mulgeo, fugo.
Βδέω, flatum ventris emitto.
Βδόλος, crepitus ventris: etiam fœtor extinctæ lucernæ.
Βέβαιος, stabilis, firmus.
Βιβλόω, ῶ, circumago, in gyrum ago.
Βηλὸς, limen domus.
Βὴξ, ἡ, tussis.

Βία, vis, virtus, robur.
Βίκος urna.
Βίος, vita.
* Βιὸς, arcus, ex Βία.
Βλαξ, ὁ, abjectus præ luxu, vel fatuitate.
Βλάπτω, lædo, ex βλάβω.
Βλαστάνω, ex βλαστέω, germino.
Βλέπω, aspicio, intueor.
Βλοσυρὸς, terribilis aspectu.
Βλωσὸς, cui membra sunt resoluta, propriè βραυλὸς, balbus, cui lingua, est impedita.
Βληχὴ, balatus ovium.
Βληχάομαι, balo.
Βλύζω & Βλύω, scaturio, mano.
Βοάω, clamo, vocifero.
Βοηθέω, ad clamorem accurro, auxilior, suppetias do.
Βάτραχος, rana.
Βοτὰ, pabulum, propriè brutorum.
Βότρυς, botrus, uva.
Βούλομαι, volo, malo.
Βυνὸς, ὁ, collis, tumulus.
Βοῦς, Doricè, βῶς, bos, vacca.
Βόω, pro quo Βόσκω, pasco.
Βραβεὺς, judex certaminis.
Βραδὺς, tardus.
Βράζω & βράσσω, ferveo.
Βραχὺς, brevis.
Βρέμω, fremo, murmuro.

Βρέχω, madefacio, irrigo.
Βρόγχθος, guttur.
Βρῆγμα, id quod tussiendo expuitur.
Βειθω, ingravesco, sum gravis.
* Βρστὸς, ὁ, mortalis, quasi ῥότος, à ῥοὴ, fluxus, quòd nihil sit magis fluxum.
Βρύχω, frendeo, strideo dentibus.
Βρύω, scateo, abundo.
Βύβλος, ἡ, papyrus.
Βυθὸς, fundum, profundum.
Βύρσα, corium, pellis, bursa.
Βύω, obturo, obstruo.
Βύζω, idem.
Βῶλος, gleba.
Βωμὸς, basis, ara, ex βαίνω.

Γ

ΓΑῖα, & αἶα, Poët. tellus. γῆ in prosa.
Γαίω, glorior, efferor.
Γάλα, κτος, τὸ, ut ἀγάλαξ, lac.
Γαλέη, & γαλῆ, felis, catus.
Γαμέω, uxorem duco.
Γάνος, εος, τὸ, lætitia, item splendor.
Γαργαρεὼν, ῶνος, gurgulio.
Γαστὴρ, ἡ, venter, ventriculus.
Γέ, quidem, certè, utique.
Γείνω, gigno, pario.
Γελάω, rideo.
Γέλγη, idem quod ῥῶπος, merces, sarcina variarum mercium.
Γέμω, plenus sum.
Γένυς, mentum.
Γέρας, τὸ, præmium, honor.
* Γέρων, quasi γλιῶ ὁρῶν, quia terram spectat.
Γεραιὸς, senex, senilis.
Γέρανος, ὁ, grus, avis vigilans, prudens.
Γεύομαι, gusto, degusto.
* Γέφυρα, pons, γῆ ἐφ' ὑγρῇ, terra super aquam.
Γηθέω, gaudeo, lætor.
Γῆρυς, υος, vox.
Γηρύω, dico, loquor.
Γινώσκω, cognosco.
Γλάφω, cavo, fodio, scalpo.
Γλαφυρὸς, cavus, elegans.
Γλαύκος, εος, mustum.
Γλυκὺς, έος, dulcis.
Γλάμα, seu γλήμη, idē quod Λήμη, unde Γλαμάω, oculorum pituitâ laboro.
Γλίσχρος, lentus, tenax, lubricus.
Γλίχομαι, appeto, cupio.
Γλῶσσα, lingua.
Γλαύσσω, cerno, intueor.
Γοάω, & γοάομαι, gemo, deploro.
Γόνυ, υος, & γενὸς, τὸ, genu.
Γόμφος, cuneus, clavus.
Γοργὸς, terribilis.
Γράφω, scribo, insculpo.
*Γρῖπος & γρῖφος, rete: etiam con-

convivalis quæstio ænigmatica, ab ἀγρεύω vel ἀγρεὺς, piscator.
Γράω, ἐσθίω, comedo.
Γρὺ vel γρῦ, sordes quæ sunt sub ungue.
Γρυπός, qui naso, vel rostro est adunco.
*Γρώνη, taberna, ex γράω.
Γύα & γῦα, arvum, via, fossa.
Γῦον, membrum.
Γυόω, membra frango.
Γυὸς, claudus, mutilus.
Γύαλον, cavus.
Ἐγγύη, sponsio ex promisso.
*Ἔγγυος, præs.
Γυμνὸς, nudus.
*Γυνὴ, αικὸς, mulier: quasi γονὴ, quia parit.
Γυρὸς, curvus, rotundus.
Γωνία, angulus.

Δ

ΔΑείω & δαίω, disco, doceor, intelligo.
Δαίω & δαίομαι, divido.
δαῖς, τὸς, ἡ, epulum.
δαΐς, ίδος, ἡ, fax.
Δαίω, comburo, incendo.
Δάκνω, à δήκω, mordeo.
Δαμάω, δαμάζω, & δαμνάω ex quo δάμνημι, etiam inusit. δέμω, unde ἐδάμην, domo, affligo, conficio, occido.
Δάνος, τὸ, donum, munus.
Δάπεδον, pavimentum, solum.
Δάπτω, voro, dilanio.
Δάρθανω, dormio, à δαρθῶ.
Δασὺς, densus, confitus.
Δάφνη, laurus.
Δὲ, autem, verò.
Δεῖ, oportet.
Δέομαι, & δεύομαι, egeo, indigeo.
Δείδω, timeo, metuo.
Δείελος, ὁ καὶ ἡ, pomeridianus, vespertinus.
Δείκνυμι, à δείκω, ostendo.
Δεῖνα, vocabulum quo utuntur præfixo articulo, loco nominis, de quo fit sermo, ut ὁ δεῖνα.
Δεῖναι & δίναι, aquarum vortices.
* Δεινὸς, terribilis, à δέος, terror: item peritus, prudens.
Δεῖπνον, cœna.
Δέκα, decem.
Δέλτα, literæ nomen.
Δελφὺς, ύος, ἡ, uterus.
Δέμω, extruo, ædifico,
Δένδρον, arbor.
Δέννος, probrum, contumelia.
Δέρκω, video, aspicio.
Δέρας, τὸ, pellis, corium.
Δέρω, excorio.
Δεσπόζω, dominor.

Δεῦρο, huc.
Δεῦτε, huc agite.
Δεύτερος, secundus.
Δεύω, rigo. madefacio, tingo.
Δέρω, excorio, pelle nudo.
Δέχομαι capio, suscipio.
Δεξιὰ, dextera manus.
Δοχὴ, ἡ χῆ, capax. Δοχὴ, convivium.
Δέω, ligo, alligo, vincio.
Δὴ, sanè: Δῆθεν, videlicet.
Δηλέω, lædo, decipio.
Δῆλος, manifestus, perspicuus.
* Δημήτηρ, Ceres, quasi γῆ μήτηρ, terra mater.
* Δῆμος, populus, quasi δεσμὸς, à δέω.
Δὴν, Δηρὸν, & Δηθὰ, diu.
Διὰ, per.
Δίαιτα, vitæ institutum, victus
Διδάσκω, doceo.
Δίδωμι, ex δόω, do, dono.
* Διηνεκὴς, ές, continuus, perpetuus: fortè ex διὰ, ἀνὰ, & ἔχω.
Δίκη, jus, justitia, fas.
Δίκω, jacio. dejicio.
Δίνη, vortex, gurges.
Δὶς, bis.
Δίδυμος, geminus, duplex.
Δίκερως, δίκερως, bifidus.
Δὶς, Διὸς, Jupiter, aër.
Δίφα siris
Δίω, Δίομαι, expello, abigo.
Δοίδυξ, ὁ, pistillum.
Δοκέω, videor, ut Δοκεῖ μοι, videtur mihi.
Δόκος ὁ, opinio: Δοκὸς, ἡ, trabs, tignum.
Δολιχὸς, longus, prolixus.
Δονέω, agito.
Δορὸς, saccus, culeus.
Δόρπον, cœna, ut Δεῖπνον.
* Δοῦλος, servus, à δόλος, quia servi astuti.
Δοῦπος, sonitus.
Δοχμὸς, obliquus.
Δράπω & Δράσσω, prehendo,
Δράω facio, ago.
Δρέμω, curro.
Δρέπω, decerpo, colligo.
Δρῆμι, fugio.
Δρόω, inusit. idem.
Δριμὺς, acris, acutus in sapore.
Δορὰξ, κὸς, capra sylvestris, dama.
Δρόσος, ὁ, ros.
Δρῦς, ὑ, quercus.
Δυάομαι, possum.
Δυάω, & δύω, & δύομαι, & δῦμι, subeo.
Δύο, & Poet. δύω, duo.
Δοιὴ, ῆς, dubium, dubitatio: cum duabus menti propositis viis, nescit utram sequi debeat.

E

*Ε He, dolentis adverbium
*Ελεῖος, lamentatio, Elegiacum

legiacum carmen.
Ἐλελεῦ, acclamatio bellica.
Ἑ, ſe, pronomen.
*Ἔαρ, ver: ab ἔω, mitto, quod tunc terra emittit omnia.
Ἐάω, ſino, permitto.
Ἐγείρω, expergefacio, excito.
Ἔδω, edo.
Ἔδω & ἐδήω, idem.
Ἕζομαι, ſedeo.
ἕζω, ſedere facio.
ἵδρύω & ἵδρυμι, idem.
Ἐθέλω, volo.
*Ἐθλὸς, bonus, qui omnes bonum volunt.
ἐθελόκακος, ſponte malus.
Ἔθος, εος, τὸ, mos, conſuetudo.
Εἰ, ſi. ἐαν᾽, idem.
Εἴδω, video.
εἶδος, facies.
ἀΐδης & ᾅδης, oreus, tartarus.
ἄϊς, ἄϊδος, idem.
Εἰδέω, ῶ, & aliquando εἴδω, ſcio
Εἴκω, ſimilis ſum.
εἰκὼν, ὀνος, imago.
ἔκηλος, quietus.
ἑκὼν, volens.
Εἴκω, cedo. non repugno.
Εἰλέω, ήσω, & εἴλω, coarcto, concludo.
εἴλεω, verſo, volvo.

Εἶλαρ, αρος, τὸ, propugnaculū.
Εἶμὶ, ſum; Εἶμι, eo, & ibo.
ἴτυς, υος, circumferentia, & umbo.
Εἴρω, necto.
Εἴρω, dico, interrogo, nuncio
εἴρων, diſſimulator.
ἐρωτάω, interrogo.
Εἰς vel ἐς, ad.
Εἷς, unus; μία una; ἕν, unum.
*ἄφενος, divitiæ, redditus propriè unius anni.
Εἶτα, poſtea, deinde, tum.
ἐκτὸς, extra, exteriùs, extrinſecus.
ἔξω, extra, foràs.
Ἕκας, quiſque.
Ἑκάτερος, alteruter.
Ἑκατὸν, centum.
Ἐκεῖνος, ille.
Ἐλαία, olea, oliva.
Ἐλαύνω, ab ἐλαύω, agito, incito, abigo, duco, progredior, evado.
Ἔλαφος, ὁ vel ἡ, cervus, cerva.
Ἐλαχὺς & ἐλαχὸς, parvus.
Ἔλδομαι & ἐέλδομαι, cupio.
Ἐλέγχω, arguo.
Ἔλεος, ὁ ἡ τὸ, miſericordia.
Ἐλεὸς, ὁ, menſa coquinaria.
Ἐλεύθερος, liber.
Ἔλεύθω, venio.
Ἐλέφας, elephas, ebur.
Ἔλη, calor ſolaris.
ἐλάνη, fax.

Δείλη, pomeridianum tempus.
Σέλας, fulgor, lumen.
Ἑλίσσω vel ἑλίττω, volvo, verso.
Ἕλκω, traho.
ἕλωρ, ωρος, τό, captura.
ἑλώριον, idem.
Ἕλλην, Hellen, à quo Græcus.
Ἕλος, τὸ, palus.
*Ἐλπὶς, ίδος, spes, quia ἕλκει ἡμᾶς, nos trahit.
Ἐμέω, vomo.
Ἐναίρω, occido, spolio, corrumpo.
ἔναρα, τὰ, spolia, exuviæ.
*Ἐναργὴς, clarus, evidens: ab ἀργὸς, i. albus.
Ἐν, ἐνὶ & εἰν, Poët. in.
ἔνθα, hic.
ἔνδον, intus.
ἐντὸς, intus, intra.
*Εἰρήνη, pax, quod εἴρει εἰς ἕν, in unum connectit.
Ἔριος, lana, quod connectitur.
Ἕνεκα, propter, causâ.
Ἕνη, trigesima dies mensis.
Ἐνιαυτὸς, ὅ, annus.
Ἐννέα, novem.
Ἐνυὼ, οῦς, Enyo, Bellona, dea bellica.
Ἐνόσθω, concutio, agito.
Ἐξῆς, deinceps
Ἑορτὴ, ῆς, festum, festus dies.
Ἐπεὶ, postquam.
Ἐπείγω, urgeo, impello.
Ἐπὶ, super, in, &c.
Ἐπίκουρος, auxiliator.
Ἐπιπολῆς, in superficie, in summitate.
Ἐπιτηδὴς, idoneus.
Ἕπω, operor, tracto.
Ἔπω, dico.
*Ἐράω, amo, ab ὁράω, video, ab aspectu nascitur amor.
Ἔρανος, collatitia cœna.
Ἔργον, opus, factum, res.
ἀργαλέος, difficilis, molestus.
ἐργάω, operor.
Ἔργω, unde ἔέργω, εἴργω, includo, figo, contineo.
Ἐρείδω, firmo, fulcio.
Ἐρείκω, frango, contundo.
Ἐείκω, idem.
Ἐρέπω, edo, vescor, de brutis.
Ἐρεύγω, ructo, eructo.
Ἐρέσσω vel ἐρέττω, remigo.
Ἐρυθρος, rubor.
Ἐρευνάω, indago, inquiro.

Ἐρέ-

Ἐρέφω, tego, tectum impono.
Ἔρεβος, τὸ, Erebus, Orcus.
Ἐρέθω. irrito, lacesso.
Ἔρημος, ἡ, & ἐρήμη, desertus, solus.
Ἔρις, contentio, concertatio.
Ἐριννὺς, ύος, ἡ, Erinnys, furia.
*Ἑρμῆς, Mercurius, ab ἐρῶ, vel εἴρω dico.
Ἕρπω, serpo, repo, repto.
*Ἔρση, ης, ros, ab ἄρδω, ἄρσω, rigo.
Ἐρύκω, contineo, detineo, impedio.
Ἐρύω, traho.
εἰρύω, idem.
ἀρύω, haurio.
ῥύω, idem quod ἐρύω.
Ἐρύω, custodio, tueor.
Ἔρχομαι, venio, eo.
Ἕσπερος, vesper, hesperus.
Ἑστία, focus, lar.
Ἐτάζω, examino, scrutor.
Ἑταῖρος, sodalis.
*Ἐτεὸς, verus, ex εἰμὶ sum.
Ἕτερος, alter.
Ἔτι, adhuc, etiam.
Ἕτοιμος & ἑτοῖμος, promptus, paratus.
Ἔτος, εος, τὸ, annus.
Ἐυ, benè, rectè.
*Ἐυθὺς, rectus, ab εὖ & τίθημι, benè pono.
Ἐυθηνέω, prosperâ fortunâ utor.
Ἐυμαρὴς, έος, facilis, promptus, expeditus, ut εὐχερὴς, ῥᾴδιος, εὔκολος.
Ἐυνὴ, cubile.
Ἐυρίσκω, invenio.
Ἐυρὺς, latus, amplus.
Ἔυχομαι, precor.
Ἔχθος, τὸ, odium.
Ἔχω, habeo, possideo.
Ἴσχω & σχέθω, habeo.
Ὀχεὺς, έως, retinaculum.
Ὀχὴ, cibus, εὐωχία, convivium.
Ὄχθη, ripa.
Ἔσχατος, ultimus, postremus.
Ἰσχυρὸς, munitus, firmus, tutus.
Ἐσχάρα, focus.
Ἔσχος, εος, τὸ, hasta.
Ἀέξω, augeo, accumulo.
Ἕψω, coquo, elixo.
Ἕω, ἕννυμι, induo.
Ἑανὸς, indutus, pulcher.
Ἕω, colloco, idem quod ἵζω.

Z

ZΑ'ω & Ζώω, vivo.
*Ζεὺς, Jupiter, à ζάω, quia pater vitæ.

Ζέα & Ζειὰ, ὄλυρα, hordeum.

Ζεύγνυω & Ζεύγνυμι, jungo, copulo.

* Ζέω, ferveo, à ſono literæ ζ, *to ſeeth.*

Ζῆλος, æmulatio.

Ζημία, damnum, jactura.

Ζητέω, ῶ, quæro.

Ζόφος, caligo.

Ζύμη, fermentum, farina ſubacta.

Ζωμὸς, jus, jus eſculentum.

Ζωννύω, Ζώννυμι, à Ζώω, tut. ζώσω, cingo.

Ζωρὸς, merus, meracus.

H

Ἢ vel, aut, ſive, an, quàm.

Ἦ, certè, profectò.

Ἥβη, pubes, pubertas.

Ἡγέομαι, duco, præeo.

Ἤδη, jam.

ἠδὲ, & atque.

Ἡδὺς, jucundus, ſuavis, dulcis.

Ἁδέω, placeo, gratificor.

Αὐθάδης, ες, ſibi placens, arrogans, ſuperbus, ſibi pulcher.

Ἄδην, abunde, ad ſatietatem uſque.

Ἀδὼ, ſatio, expleo.

Ἡδὼ, ſuavitate afficio, delecto, oblecto.

Ἔδνα ut Εἕδνα, τὰ, munera quæ ſponſus dat ſponſæ, ut dos, unde ἄεδνος, id eſt, Ἀπροίκος, indotata.

Ἥθω, colo, per colum mitto, ſacello, ab ἐθέω & ἐθίζω, *to ſtrain liquor.*

Ἥκω, venio.

Ἡκὴ, idem quod ἀκὴ, acies. ἥκιστος, minimus.

Ἠλιθία, fruſtra, in vanum.

Ἡλίκος, quantus.

Ἥλιος, ſol: quaſi ἕλλος, clarus.

Ἠλύγη, id eſt, σκιὰ, σκότος, umbra.

Ἡμέρα, dies.

Ἥμερος, manſuetus.

Ἡμος, quum, quando: cui reſpondet τῆμος, tum.

Ἡνία & Ἡνίον, habena.

Ἡνίκα, quum, quando.

Ἧπαρ, hepar, jecur.

Ἤπειρος, ἡ, terra continens.

Ἤπιος, lenis, clemens, benignus.

Ἥρα, Juno, ab ἀὴρ, aër.

Ἠρέμα quietè.

Ἥρως, heros, ſemideus, ab ἀρετὴ, virtus

Ἥσσων, ἧσσον, minor uſitatius in neutro genere ἧσσον.

Ἡσυχος, quietus.

Ἥφαιστος, Vulcanus, ab ἅπτω, accendo.

Ἠὼς, aurora, ab ἄω, ſplendeo.

Ἦχος, ὁ, ſonus.

Θάδαρα,

ΘΑάσσω, sedeo.
* Θάλασσα, θάλαττα, mare, ab ἅλς, quia salsũ
Θάλλω, vireo, floreo.
Θάλπω, foveo.
Θάλαμος, thalamus, cubiculum mariti & uxoris.
Θαμὰ, crebrò, frequenter.
Θάπτω sepelio, inhumo.
* Θάρσος, τὸ, audacia, animi præsentia, à θέρω, calefacio
Θεάομαι, specto.
Θαυμάζω, miror, admiror.
Θέλγω, mulceo.
*Θεὸς, ὁ καὶ ἡ. Deus & Dea, à θεάω, quia Deus videt omnia.
Θεωρὸς, oraculi consultor.
Θεράπων, minister, servus.
Θέρω, calefacio, medeor.
Θέρομαι, calefio, uror.
Θέρος, τὸ, æstas.
Θέω, θέσομαι, curro.
Θοὸς, velox.
Θήγω, acuo, exacuo.
Θηλὴ, papilla.
Θῆλις, fœmineus, etiam mollis.
Θήπω stupeo, admiror.
Θὴρ, ὁ, fera, bellua.
Θὴς, ητος, ὁ, operarius.
Θύασος, chorus mulierum, Baccho, aut Bonæ Deæ operantium.
Θίγω, tango, attingo.
Θὶν vel θὶς, ὁ vel ἡ, littus, cumulus.
Θλάω, contundo, elido.
* Θάνατος, mors, à τανύω, quia corpus extendit.
Θραύω, frango, tero.
* Θνήσκω, morior, ex θνάω.
Θοίνη, epulum, convivium.
Θολὸς, sordes turbidæ.
Θόρω vel θορέω, salio, insilio.
Θράσσω & θράττω, perturbo.
Θράω, sedeo.
Θρέω, tumultuando clamo.
Θρύλλος, susurrus, rumor.
Θόρυβος, tumultus, turbæ.
Θρῆνος, luctus, planctus.
Θρὰξ, θρὴξ, Poët. Thrax.
Θρησκεία, cultus deorum, superstitio: etiam vera religio.
Θρὶξ, χὸς, ἡ pilus, capillus.
βόστρυχος & βόστρυξ, cincinnus, capilli certo modo plexi.
Θριγκὸς, pinna, seu corona murorum, & quasi capillus.
Θρίον & θρῖον, ficus folium, folium generaliter, & edulium.
Θρύπτω, frango.
Θυγάτηρ, filia.
* Θυμὸς, animus, ira, à θύω, quia impetu fertur.
Θύρα, janua, ostium.
Ἀθύρω, ludo, lusito.
Θύω, macto, sacrifico.

Θύω,

Θύω & θυύω, impetu quasi furibundo feror, propero.
Θωὴ, mulcta, damnum
Θώπτω, assentor, colo: etiam cavillor, irrideo.
Θώραξ, thorax, pectus.

I

Ἰάομαι, medeor, sano.
Ἰαύω, commoror.
*Ἐνιαυτὸς, tempus longum: annus qui in se volvitur.
Ἴδιος, peculiaris.
*Ἱδρὼς, sudor, ab ὕδωρ.
Ἱερὸς, sacer, sacrosanctus.
Ἱέω, jaceo, mitto, immitto.
ἵημι, jaceo, jaculor.
ἔνεμα, infusum.
ἔφεσις, provocatio de judicio ad judicium, translatio causæ.
ἐφετμὴ, mandatum, jussum.
Ἰὸς, missile, sagitta.
Ἴος, solus, unus.
Ἴον, viola.
Ἰάλλω, mitto.
Ἰάπτω, idem.
ἧλος, clavus.
Ἐσμὸς, examen, apum congregatio.
Ἰθὺς, rectus, directus.
Ἰκμὰς, άδος, ἡ, humor, vapor.
Ἵκω, venio.
Ἱκανὸς, idoneus.
Ἥκω, venio, accedo.
Ἱλαρὸς, hilarus, vel hilaris.
*Ἴλλος, oculus, ab εἰλεῖν, volvere.
*Ἰλὺς, limus, lutum, ab εἰλύω, involvo.
Ἱμείρω, desidero, cupio.
Ἱμὰς, lorum, corrigia.
Ἵνα, ut.
Ἰξὸς, viscum.
Ἰὺ, hei, heu, eheu.
Ἵππος, ὁ καὶ ἡ, equus, equa, ab Ἵπταμαι, volo.
Ἵπτημι, volo, as.
Πέτομαι & πέταμαι, idem.
Ἴπτω sive ἴπω, noceo, lædo.
ἴπος, muscipula: etiam officina fullonis.
ἶπος, pressura, onus.
ἰπύω, premo.
ἰπνὸς, furnus, caminus.
Ἶς, ἰνὸς, fibra, ex quo vis.
*Ἶσος vel ἴσος, æqualis, par
Ἥμισος, εος, ους, dimidius.
Ἵστημι, ἱστάω & ἱστάνω, statuo.
Στάδιον, stadium, mensura pedum sexcentûm.
Στατὴρ, stater, pondus 4. drachmarum.
Σταυρὸς, crux, vallus.
Στήλη, lapis è terra erectus.
Στύλος, columna.
Στηρίζω, figo, firmiter statuo.
Ἱστὸς, οῦ, malus navis.

Ἰσχις,

Ἰσχίς, lumbus, unde ἰσχίον, coxa.
Ἰσχὺς, robur, vires.
Ἰταλὸς, taurus, bos, vitulus.
Ἰτης, ου, temerarius, audax.
Ἰυγξ, mulier venefica.
Ἰσχυ, validè, fortiter.
Ἰχθὺς, piscis.
Ἴχνος, τὸ, vestigium.
Ἰχὼρ, tenuis, & aquosa humiditas.

K

ΚΑ'ΚΟΝ, mensuræ frumentaceæ genus, unde κάκη, cibus.
Καγχάζω, cachinnor, effusè rideo.
Κάδος & Κάδδος, cadus.
Καθαίζω, purgo, mundo.
Καινὸς, novus.
Καιρὸς, occasio, opportunitas.
Κάϊρος, licium
Καιρόω, stamen connecto.
Κάλαμος, calamus, arundo.
Καλάμη, stipula, culmus.
Καλέω, voco, accerso.
Κάλον, lignum.
Κάλαθος, calathus, quasillum.
Καλὸς, pulcher, formosus, à καλέω, quia pulchra nos amore sui vocant.
Καλὸς & κάλως, ω, vel ως, rudens, funis nauticus, à καλάω, ῶ, inusit.

K

Καλύπτω, tego, abscondo.
Κάλυξ, flos, vel animal quo tingitur purpura.
Κάμινος, ὁ καὶ ἡ, caminus: etiam ignis.
Κάμνω, flacceso, deficio.
Κάμπτω & κναμπτω & γναμπτω, flecto.
Ἄγναμπτος, non flexilis, rigidus.
Γνάθος, & γναθμὸς, ὁ, mala, maxilla.
Καυθὸς, oculi angulus, hirquus.
Κάνθων, ωνος, asinus.
Κάννη vel κάννα, vel κάνα, storea, teges, matta.
Κάπρος, aper.
Κάπτω, comedo, avidè comedo.
* Καπνὸς, fumus, à κάπτω, spiro.
Κάρηνον caput, vertex, summitas.
Κάρη, per Apocopen, & κάρηα, idem.
Κραναὸς, asper.
Κάρος, sopor cum gravedine.
Καρύα, Nux, arbor, juglans.
Καρύκη, intritum, conditura.
* Κραιπάλη, crapula; ὃ δὲ τὸ κάρα πάλλει, vibrans capitis dolor ex nimio vino, ebrietas.

Καρπὸς

Καρπὸς, junctura manus cum cubito, id eſt, cum duobus oſſibus, quorum uni nomen eſt πῆχυς, alteri καρκίς.

Καρπὸς, fructus de ſtirpibus.

Κάρφω, ſicco, arefacio.

Κάσις, frater, ſoror, conſobrinus.

* Κακὸς, malus, à χάζω, fugio, quia mali fugiendi.

Κατὰ, adverſus; in.

Καυλὸς, caulis, ſcapus, thyrſus.

Κέαρ, κῆρ, τὸ, cor.

Καρδία & κραδία, idem.

Κράτος, τὸ, robur.

Κείρω, tondeo, ſcindo.

Κερμὸς, truncus.

Κόρος, ſatietas.

Κέλλω, appello, vel appellor, pervenio in portum.

* Κέλευθος, ἡ, via, ab ἐλεύσω, venio.

Νωχελὴς, tardus.

Κέλω, jubeo, hortor.

Κενὸς, vacuus, inanis.

Κεντέω, pungo, ſtimulo.

Κέραμος, terra figularis.

Κεραμεὺς, figulus.

Κέρας, cornu.

Κεράννυμι, à Κερέω, miſceo.

Κεραυνὸς, fulmen.

Κέρδος, τὸ, lucrum, quæſtus, dolus.

Κερκὶς, ίδος, ἡ, radius textorius.

Κέρκος, cauda.

Κέρχω, exaſpero.

Κεύθω, occulto, abſcondo.

Κεφαλὴ, caput.

Κέω, inuſit. ex quo κεῖμαι, jaceo, ſitus ſum.

Κέω & κείω, κεάζω, findo.

Κέω & κείω, & κήω & καίω, uro, incendo.

Κηδέω, curo, curam gero.

Κηκίω, ſalio, cum ſaltu ſurſum feror.

Κηλέω, mulceo, permulceo.

* Κὴρ, ἡ, ſors, fatum, à κείρω, ſcindo.

Κηρὸς, cera.

Κήρυξ, præco, caduceator, à γηρύω, loquor: etiam κήρυξ, piſcis buccinum.

Κηρύσσω, prædico.

Κῆτος, εος, τὸ, cetos, ſeu cetus.

Κίβδης, lutum, ut πηλὸς.

Κιθάρα, cithara.

* Κινδυνος, periculum, quaſi κινοῦν ὀδυνίας, movens dolores.

Κινέω, moveo.

Κίσσα, pica.

Κισσάω, faſtidio laboro.

Κισσὸς & κιττὸς, hedera.

Κίστη, ης, ciſtula, capſula.

Κιχάνω & κιχάνω, & κίχημι, invenio, aſſequor.

Κίω, vado, eo.

Κίων, ωνος, ὁ vel ἡ, ἰωνικῶς,

κῶς columna.
κλαίω vel κλάω, lacrymor, fleo.
κλάδος, ramus.
κλάω, frango, & κολόω.
κλάζω, clamo.
Κλείω, claudo, quasi καλύπτω.
κλέπτω, furor.
κλῆρος, ὁ καὶ ἡ, sors.
κλίνω, reclino, inclino.
κλίμαξ, ἡ, scala, gradus.
κλόνος, ἡ, motus, tumultus.
κλύζω, abluo, eluo.
κλύω, audio.
Κλέος & κλεῖος, τὸ, fama, rumor.
κληδὼν, & κληῖδὼν, idem.
κλώθω, neo.
κνάω & κνέω, & κνῆμι, idem quod κόπτω, scindo.
κνήθω, scalpo, frico.
κνίζω, seco, rado.
κνύω, idem.
κνηκὸς, ὸν, flavus, rutilus, luteus.
κνήμη, tibia, crus.
κόλαλος, i. παν δρ σος. κακὸς γος, στωμύλος, λάλος, πόθησις, ἀπατεὼν, vafer, maledicus, blaterator, loquax, adulator, impostor.
κοῖλος, cavus.
κοινὸς, communis.
κύριος, princeps, dominus
κολάζω, punio, castigo.

Κολάπτω, tundo, excavo.
Κόλλα, ης, gluten, glutinum.
Κόλον, i. ῥοφὴ, cibus.
κόλαξ, adulator, assentator.
Κολόω, amputo, trunco.
Κόλπος, sinus, gremium.
Κολυμβάω, nato, urinor, & generaliùs aquas subeo.
Κολωνὸς, cumulus, collis.
Κομέω, curo, curam gero.
κομίζω, idem: etiam porto, fero.
κόμη, coma, compta cæsaries.
κομψὸς, scitus, elegans.
Κόνδυλος, digiti articulus, & junctura quâ digitus flectitur.
Κόνις, ἡ, pulvis.
κονέω, festino, curro.
διάκονος. Minister.
Κόπρος, ὁ καὶ ἡ. stercus, fimus
Κόπτω, scindo, seco.
κόμπος, crepitus, propriè apri dentes acuentis.
Κορέω, verro, purgo.
κόρος, puer, juvenculus, & novellum germen.
κοσέομαι, blandior.
Κόρος vel κορὸς, niger.
κόραξ, corvus.
Κόρυς, υθος, ἡ, galea: etiam avis nomine Alauda.
Κορωνὴ, clava.

Κορυ-

Κορυφὴ, vertex.

* Κόσμος, ordo, ornatus, mundus, ex κομῶ, id est, ἐπιμελοῦμαι, curo.

* Κότος, ira vetus, à κεῖται, quia mente reposita.

Κοτύλη, vas cavum, cavitas.

Κοῦφος, levis.

Κράδη, ramus ficulnus.

* Κραίνω, impero, & κραταίνω, efficio, perficio; secundum Etymolog. à κάρη.

Κρέας, τὸ, caro.

Κρέκω, pectine seu radio pulso.

Κρεμάω, suspendo.

Κρημνὸς, præcipitium.

Κρήνη, ης, fons.

Κείζω, strideo.

Κριθὴ, ῆς, ἡ, hordeum.

Κρηπὶς, ἡ, basis, fundamentum.

Κρίνω, secerno, judico.

Κριὸς, aries, ovium gregis dux.

Κρόκη, trama, subtegmen.

κροκὶς, ἡ, idem: etiam floccus, seu filum in veste prominens.

κροκάλη, calculus litoralis.

κρόκος vel κρόκον, crocus: etiam vitellus ovi.

Κρόνος, Saturnus.

Κρούω, pulso.

κρότος, pulsus.

κρόταφος, tempus, *the temples of the head.*

κρανὸς, scatebra.

Κρύος, τὸ, frigus, rigor.

Κρύπτω, abscondo, abdo.

Κτάομαι, acquiro, comparo.

κτῆνος, τὸ, jumentum.

Κτεὶς, ενὸς, pecten, pubes.

Κτίζω, condo, creo, fabricor.

Κτῶ, interficio.

Κύαμος, faba.

Κύανος sive κυανὸς, color caeruleus, seu nigricans.

Κυβερνάω, guberno, navem rego

Κύβος, tessera.

* Κῦδος, τὸ, gloria, decus, quia κύει δέος, parit timorem.

Κύδος, ὁ, convitium, probrum.

Κυέω & κύω, uterum gesto: osculor.

Κυκάω, misceo.

κῦμα, fluctus.

Κυλέω, volvo, voluto.

κύκλος, orbis, circulus.

Κυλλὸς, i. χωλὸς, καμπύλος, claudus, curvus.

* Κύμβος, cavus recessus: unde κύμβη, cymba.

Κύπτω, pronus sum, demitto oculos.

Κύπελλον, poculi genus, cyathus.

Κῦφος,

κῦφος, gibbus, vas concavum.

κυρτὸς, curvus, gibbosus.

*Κῦρος, τὸ, authoritas, authoritas plena, unde κύριος.

Κύρω, incido.

κύρω, contingo, & sum.

Κυσὸς, ὁ, πυγὴ, αἰδοῖον.

Κύτος, εος, τὸ, omne quod cavum est.

*Κύων, νὸς, ὁ καὶ ἡ, canis, à κύω, quia amat dominum.

Κώδων, ωνος, tintinnabulum, nola.

Κῶλον, membrum, specialiter pes.

Κωλύω, impedio.

Κῶμα, somnus profundus.

*Κῶμος, compotatio convivalis, ex qua incidit aliquis in κῶμα.

*Κώμη, pagus, vicus, à κῶ, cubo.

Κωμῳδὸς, qui per pagos cantat carmina: unde comœdia.

*Ἐγκώμιον, laudatio, quasi in vicis.

Κῶνος, conus, turba, meta.

Κώπη, remus.

Κώρυκος, pera, saccus coriaceus.

Κὼς, ovinum vellus.

Κωπίλλω, fabulor, garrio.

Κωφὸς, surdus.

ΛΑ, augét in compositione.

Λᾶας, lapis, saxum.

*Λαβρὸς, nimium vorax, quasi λίαν βορός.

Λαγαρὸς, largus, gracilis.

Λάγνης & λάγνος, libidinosus, lascivus.

Λαγχάνω, sortior, sorte accipio, ex λήχω inusitat.

Λάχος, εος, sors.

*Λαγωὸς, lepus, à λα & ὦς, i. longis auribus.

Λάζομαι, prehendo, arripio.

λάζυμαι, idem.

λάζω, autem injurius sum, ex quò fortè Latinè, Lascivus.

Λαικάζω, decipio & scortor.

Λαιμὸς, guttur, gula.

Λάκκος, fossa, fovea.

Λαλέω, loquor.

Λαμβάνω, accipio, ex λήβω.

Λάμπω, luceo, splendeo.

Λαμυρὸς, loquaculus, facetus.

*Λαὲξ, calce, seu calcibus, extremo pede, à λήξω F. verbi λήγω, desino.

*Λαὸς, turba, populus, à λᾶας, lapis.

Λάπτω, lambendo bibo.

Λαπάζω, evacuo.

Λαφύσσω, avidè deglutio.

Ἐλα-

Ἑιλαπίνη, epulum, convivium opiparum, compotatio.

Λάσιος, hirsutus, hispidus, setosus,

Λάτις, ὁ ἡ ἤ, servus, serva: famulus, famula, ancilla.

Λαύω, fruor: pro quo ἀπολαύω, à λαιμὸς, unde λάω.

Λαχαίνω, fodio.

Λάχανον, olus.

Λάχνη, lanugo, pili molles.

Λέγω, lego, colligo, deligo, numero percenseo.

λέγομαι, etiam, differo, loquor.

λόγος, dictum, verbum, sermo, oratio, ratio, proportio, mens.

Λεία, præda, corpora quæ capta sunt.

Λῃΐζω, prædor.

Λεῖον, λῆϊον seu λαῖον, seges, triticeæ fruges.

Λείβω, libo, i. σπένδω.

Εἴβω, idem.

λέβης, lebes.

λειμών, ῶνος, pratum, locus irriguus, ὃν ὕδωρ λείβεται.

λίβω, idem quod λείβω.

λίψ, petra; unde aqua stillat.

Λεῖος, lævis.

Λείπω, linquo.

*Νωλεμὴς, à νὼ, privativa partic. & λείπω, indefinens, assiduus.

Λείχω, lambo, lingo.

λιχανὸς, index digitus: quòd eum in obsonia immissum lingimus.

Λέπω, decortico.

λεπτὸς, tenus.

λεπρὸς, scaber, asper.

Λέσχη, sermocinatio, confabulatio.

Λοιγαλέος, pernicios us, difficilis, gravis: etiam malus.

Λοίσθω, Poët. video. aspicio.

λοιπὸς, albus, candidus.

Λέχος, εος, τὸ, lectus.

Λέων, οντος, leo.

Λήγω, cesso, desino.

Λῆδος, εος, τὸ, vestis è panno raro aut detrito.

Λήθω, lateo.

*Ἀλάστωρ, qui ἄλαστα perpetravit, id est, non oblivisc nda: etiam furia, diabolus.

λανθάνω, idem quod λήθω.

λανθάνομαι, ut λήθομαι, sæpius obliviscor.

Λήϊτος, i. δημόσιος, publicus

Ληχέω, sono, plaudo.

*Λῆμα, præsens seu virilis animus, à λέω, volo.

*Λῆμμα, quod accipitur, assumptum, à λαμβάνω.

Λήμη, pramiæ, lippientes oculi, seu sordes oculorum.

Λιωὸς,

Ληνὸς, lacus torcularii preli.
Λῆνος, εος, τὸ, lana.
* Λῆρος, vel λῆροι, nugæ, ineptiæ, à λα & ἐρῶ, i. valdè dico.
Λιάζω, agito, jacto, turbo.
Λίαν & λίην, valdè, admodum.
* Λιμὴν, portus, à λίαν μένειν.
Λίμνη, stagnum, palus.
Λίγγω, strideo, seu strido.
Λιγὺς, stridulus, jucundus, dulcis.
Λικμὸς, ventilabrum.
Λίθος, lapis.
* Λιμὸς, fames, esuries, à λείπομαι, deficio, ὁ, ἡ, Dor.
Λίνον, linum.
Λίπος, τὸ, pinguedo, adeps.
Λῖς, ὁ, leo, accusat. λῖν, leonem.
Λίσσομαι, supplico, precor.
λιτὴ, supplicatio.
Λιτὸς, simplex, nudus, vilis, tenuis, non exquisitè elaboratus.
Λόγχη, i. λῆξις, μερὶς, sors, portio: etiam lancea.
Λοίδορος, conviciator, maledicus.
* Λοιμὸς, pestis, à λείπομαι, deficio.
Λοίσθιος & λοῖσθος, ultimus.
Λοξὸς, obliquus, non rectus.
Λορδὸς, curvus, incurvus, cui caput & dorsum in anteriora inclinat.
Λούω, lavo.
Λόφος, cervix in jumentis, seu ea pars colli, cui jugum imponitur, à λείπω.
Λωφάω, respiro, interquiesco.
Λόχος, cohors: etiam insidiæ.
* Λυγρὸς, λίαν ὑγρὸς, nimiùm humidus, difficilis, funestus, tristis, exitiosus.
Λύζω, singultio, singulto.
Λύθρον, cruor, pulverulentus sanguis, pulvis sanguine mixtus.
Λύκος, lupus.
* Λῦμα, purgamentum, sordes, quasi λοῦμα, ex λούομαι, lavor.
λύμη, lues, noxa, βλάβη.
Λύπη, dolor animi, molestia, à λύω, quia solvit corpus.
Λύρα, lyra.
* Λύσσα, rabies. furor canum, à λύω, quia dissolvit rationem
Λύχνος, lucerna, lumen.
Λύω, solvo.
Λύτρον, redemptionis pretium.
Ἅλυσις, εος, catena, vinculum.
Λώβη, injuria, contumelia, dedecus.

* Λῶϊστος & λῷστος, optimus, à λῶ, λῇς, λῇ, volo.

M

Μαζὸς, mamma.
Μαδὸς, Doricè, idem: etiam lævis, glaber, depilis.
μαστεύω, quæro, vestigo: ut pueri mammam.
* Μαίνομαι, furo, insanio, à μάω.
μάνης, ου, servus, famulus.
* Μάκαρ, beatus, quasi μὴ κὴρ, non sorti subjectus.
Μάλα, valdè, multùm.
Μαλάσσω, mollio.
Μάλθα, cera emollita.
* Μαλλὸς, vellus, à μῆλον, ovis.
Μανθάνω, disco.
Μάντις, vates, divinus.
Μαραίνω, marcescere facio.
Μάργος, ὁ καὶ ἡ, insanus, stolidus.
Μαρμαίρω, resplendeo.
Μάρπτω, capio, corripio.
Μασάομαι, mando, manduco.
Μάσσω, pinso; etiam abstergo.
Μαγεὺς, pistor.
μᾶζα, maza, panis genus.
μάγειρος, coquus.
Μάστιξ, ἡ, flagrum, scutica.
Μάτην, frustra, in vanum.
Μασχάλη, axilla, ala, armus.
Μάχη, pugna, prælium.
Μάχλος, libidinosus, lascivus.
Μάω, vehementer cupio, quæro.
μαῖα, obstetrix, nutrix, avia.
μήτηρ, mater.
* Μοῦσα, musa, quasi μέλουσα, canens.
* Μετέωρος, sublimis, à μὴ ἀείρω.
Μεγαίρω, invideo.
Μέγαρον, domus.
Μέγας, magnus.
Μέδω, impero.
Μέθυ, vinum, temetum.
Μειδάω, vel έω, rideo, subrideo.
Μεῖον, minus.
Μείρω, divido, partior.
μόρος, portio, fatum.
μοῖρα, pars, sors, conditio.
μέρος, εος, τὸ, pars.
μέτρον, modus, mensura.
μέριμνα, cura, solicitudo.
μερμαίρω & μερμέρω, curo anxiè, curiosè cogito.
μέρδω, privo & intueor, obtueor.
Μειόω, ῶ, minuo, ἐλαττόω.
Μέλαθρον, domus.
Μέλας, niger, ater.
Μέλδω, liquefacio, consumo.

Μελε-

Μελεδαίνω, ἐπιμελέομαι, curo.
Μέλει, impersonn. curæ est.
Ἀμέλει, adverb. atqui, certè, ne cures.
Μελία & μελίη, fraxinus arbor.
Μέλι, mel.
μελίαω, mellitum reddo.
μέλισσα, apis.
Μέλλω, futurus sum.
Μέλος, τὸ, membrum: etiam carmen.
Μέλπω, canto, ludo.
Μέμφομαι, conqueror, accuso.
Μὲν, quidem.
Μένω, maneo, permaneo.
μῶλος, ε͡ος, τὸ, animi ardor quidam, seu impetus: etiam robur.
Μενεαίνω, cupio vehementer.
Μέσος, medius.
Μεστὸς, plenus, refertus.
Μετὰ, cum, unà cum, post.
Μεταμώλιος & μεταμώνιος, vanus, inutilis.
Μεταξὺ, inter, in medio.
Μέχει vel μέχεις, usque ad.
Μή, ne, nec, non, nequaquam.
Μῆκος, τὸ, longitudo.
Μῆδος, ε͡ος, τὸ, cura, consilium.
Μηλέα, malus arbor: malum, pomum.
Μῆλον, ovis pecus, malum.
* Μὴν, νὸς, ὁ, mensis, à μήνη, luna.

Μήνη, luna.
* Μῆνις, ira permanens, à μήνω, maneo.
Μηνύω, indico, significo.
Μηρὸς, femur, femen.
Μηρύω, revolvo, glomero.
Μῆτις, ιδος, consilium, prudentia, intelligentia, sapientia.
Μηχανὴ, artificium.
Μιαίνω, inquino, contamino
Μίγω, inusit. à quo μίσγω Poët. pro quibus, μιγνύω, & μίγνυμι, misceo.
Μίγα, mixtim.
Μικρὸς, parvus.
Μιμέομαι, imitor.
Μινύθω, minuo.
Μισύλλω, in minutas partes seco.
Μισθὸς, merces.
Μίσος, ε͡ος, τὸ, odium.
Μίτος, licium.
Μνάομαι, memoro, mentionem facio, in memoriam reduco.
Μόγις, vix, ægrè.
μόγος, labor, ærumna.
Μοιχὸς, mœchus, adulter.
Μολέω, venio, advenio.
Μολίσχω, idem.
Μόλιβδος, plumbum.
Μόλις, vix, idem quod μόγις.
Μολυνω, polluo, contamino.
Μόνος, solus, unus, unicus.
Μορμὼ, οῦς, mulier horrenda

facie, ut ſtrix fuiſſe dicitur: & ſumitur pro larva & terriculo.

Μόρφη, forma.

μορφνὸς, obſcurus, tenebroſus.

Μόσχος, vitulus, vitula.

Μόχθος, labor, moleſtia.

Μυδάω, humore putreſco.

Μυελὸς, medulla.

* Μῦθος, verbum, conſilium, à μυέω doceo.

Μῦα, muſca.

Μυκάομαι, mugeo.

Μυκὸς & μύδος, ſurdus.

Μύλη, mola.

Μύλλον, i. κύλλον, curvum.

Μύριοι, decies mille, μυρίοι infiniti.

Μῦρμος & μύρμηξ, ηκος, formica.

Μύρομαι, fleo, lamentor.

Μῦς, υὸς, mus.

μύσρον & μυσίλη, panis excavatus, buccea panis cava.

Μυχὸς, penetrale, receſſus.

Μύζω, clauſis labris quendam ex naribus ſonum emitto, qualis eſt gementium: etiam fugo.

μυκτὴρ, naris.

μυτὶς, ίδος, naſus.

Μύω, conniveo, nicto.

* Μῦσος, ſcelus, ad quod oculos claudimus.

Μυέω, doctrinâ inſtituo, præſertim eâ quæ ad res ſacras pertinet.

Μυστήριον, ſacramentum.

* Μῶλος, ὁ, bellum, à μολύνω.

Μῶμος, dedecus, infamia, reprehenſio.

Μῶν, num, numquid, utrum.

* Μωρὸς & Atticè Μῶρος, ſtultus, fatuus, quaſi μὴ ὁρῶν, nihil videns.

N

Νὶ, næ, ita, etiam.

Ναίω, habito, incolo.

Νάκη, ης, & νάκος, εος, vellus.

* Ναὸς, templum, à ναίω, quaſi habitatio Dei.

Νάρθηξ, ηκος, ferula, baculus.

Νάρκη, torpedo piſcis.

ναρκάω, torpeo.

Ναύω, flo, mano.

* Ναῦς, ὰος, navis, à Νέω, no.

* Νεῖκος, τὸ, rixa, jurgium, à νὴ & εἶκω.

* Νεκρὸς, mortuus, defunctus à νὴ & κῆρ.

Νέκταρ, τὸ, murina, potionis genus, vinum ex permixtis favis & adoratis floribus concinnatum.

Νεμεσάω, indignor, iraſcor.

Νέμω, tribuo, diſtribuo: etiam poſſideo: & paſco, adminiſtro.

νέμησις, distributio, justitia.
νέμεσις, vindicta.
νομὴ distributio, pastus.
*Νόμος, lex, quia suum cuique distribuit.
Νέμος, εος, τὸ, locus arboribus densus & pascuus, nemus.
*Νέος, novus, à νέω, venio.
νεῖον, nuper.
νεάζω, juvenesco.
Νέρθε & νέρθεν, subter, infra.
Νάω, nuo, annuo.
*Νέφος, τὸ, nubes, nebula, à νὴ & φάος.
Νέω, no, nato.
Νῆσος, ἡ, insula.
Νέω & νοστῶ, eo, redeo, venio.
Νέω & νήθω, neo, filum duco.
Νέω & νηέω, νηνέω, glomero, accumulo.
Νὴ, privandi particula in compositis: etiam intendendi, & concedentis, & affirmantis.
*Νήπιος, infans, ex νὴ & ἔπω.
Νηδὺς, ἡ, venter, uterus.
*Νήστις, jejunus, ex νὴ & σῖτος.
νήφω, sobrius sum.
*Νικάω, vinco, supero, à νὴ & εἴκω.
Νίπτω, lavo.
Νίφω, ningo.
Νόθος, nothus, spurius.
*Νόος, οῦς, mens, animus, à νέω, quia nihil mente celerius.
Νόσος, ἡ, morbus.
Νοστέω, ῶ, redeo.
Νόστοι & Νόστοιν, seorsim.
Νοτὶς, ίδος, ἡ, humor, humiditas.
Νύμφη, sponsa; nova nupta: etiam Nympha, Dea.
Νῦν. nunc.
*Νὺξ, nox, à νύσσω, quia ad somnum quasi pungit.
Νύσσω, pungo, vulnero.
Νυστάζω, dormio, propriè dormito capite nutans.
*Νωθὴς, ές, tardus, à νὴ, privat. & θέω.
Νωμάω, moveo, agito, verso, interdum etiam vibro.
Νῶκαρ, torpor.
Νῶτος, dorsum, νῶτα in plurali.

Ξ

Αίνω, carmino, carpo.
Ξανθὸς, flavus, luteus, rufus, quasi ἄνθος.
Ξένος, peregrinus, hospes.
*Ξέω, rado, scalpo, ad sonum literæ ξ.
Ξύω, idem.
Ξυάλη & Ξυήλη, radula.
Ξηρὸς, aridus, siccus.
Ξύλον, lignum.
Ξίφος, τὸ, ensis, gladius.
Ξιφίας, cometes, & piscis.
Ξιφίζω, manu in altum sublata salto
Ξυθὸς, idem quod Ξανθὸς,

flavus, & πυῤῥὸς, rufus.
Ξυνὸς, i. κοινὸς, communis, Atticè.

O

Ὄαρ, ἡ, uxor, conjux: undè ὀαρίζω, colloquor, confabulor.
Ὄγκος, tumor, & moles.
Ὄγκη, angulus, ſeu uncus: & magnitudo, amplitudo.
Ὁδὸς, ἡ, via.
* Ὀδὼς, ὀδόντος, ὁ, dens, ab ἔδω.
* Ὀδύνη, dolor, propriè corporis, ab ἔδω, quia cor edit.
Ὀδύρομαι, ploro, gemo.
Ὄζος, nodus, ramus arboris.
Ὄζω, oleo.
Ὀθνη, cura, ratio.
Ὀθέω & Ὀθόω, curo.
Οἷ, adverb. quo, ubi. ὅπη, idem.
Οἴγω, οἰγνύω, aperio.
Οἰζὺς, ὑς, ærumna, miſeria. οἴτος, idem, ab οἴ, hei.
Οἰδέω vel οἰδάω, tumeo.
Οἶκος, domus.
Ἀοικος, dotis expers, indotata.
Οἰκτος, miſericordia.
Οἶμος, via, ſemita.
Οἰμώζω, ploro, ejulo.
* Οἶνος, vinum, ab ὄνημι, juvo.
Οἷος, qualis: & οἶος, ſolus.
Ὄκεις, idem quod ἄκεις, cacumen.
Οἶς, οἰὸς, ſive ὄις, ὄϊος, ovis.
Οἶστρος, aſilus, œſtrus, tabanus.
Οἰστράω, & οἰστρέω, œſtro agitor.
Οἴχομαι, abeo, proficiſcor.
Οἴω & οἶμαι, exiſtimo, puto, opinor.
Οἰωνὸς, avis, propriè de majoribus & carnivoris.
Ὀκλάζω, in genua procumbo.
Ὄκνος, pigritia,
* Ὄλβος, beatitudo & opes: quaſi ὅλος βίος, integra vita.
Ὀλίγος, paucus.
Ὀλισθος, lapſus.
Ὄλλυμι ſive ὀλλύω, perdo, amitto, perniciem infero.
Ὀλολύζω, ululo, cum alto clamore ploro, ejulo.
Ὅλος, totus.
ἜΛος, ſanus; & criſpus, item noxius.
* Ὀλοφύρομαι, lamentor, lugeo, ex ὅλοῖος φύρομαι.
* Ὄλυμπος, Olympus, mons Theſſaliæ; ſumitur & pro cœlo, quaſi ὁλόλαμπος, totus lucidus.
Ὁμαλὸς & ὁμαλὴς, planus.
* Ὄμβρος, imber, pluvia, quaſi

quasi ὁμόρος, simul defluens.
* Ὅμηρος, obses, & ὅμηρον, pignus, quod est velut obsidis loco. ab ὁμοῦ εἴρειν, vel ab ὁμηρεῖν, significante, ἀκολουθεῖν.
Ὅμηρος, Homerus, à quo, ceu fonte perenni, vatum Pieriis ora rigantur aquis.
Ὄμνυμι & ὀμνύω, juro, ex ὀμόω, ῶ, inusit. Fut. ὀμόσω.
Ὁμὸς, similis: &, idem.
ὅμιλος, cœtus, multitudo.
Ὀμφαλὸς, umbilicus.
Ὄμφαξ, ὁ καὶ ἡ, uva acerba.
Ὄναρ, somnium, insomnium.
Ὄνημι, juvo, prosum.
Ὄνειαρ, ατος, τὸ, emolumentum.
Ὄνος, asinus.
Ὄνομα, nomen.
Ὄνυξ, unguis, ungula.
Ὀξὺς, acutus.
ὀξὺ, mucro, acumen.
ὄξος, τὸ, acetum.
Ὀπάζω, prosequor, præbeo.
Ὀπηδεύω, & ὀπηδέω, comitor.
* Ὄπις, ultio, vindicta, qua Deus aliquem prosequitur, ex ὀπάζω, vel ἕπομαι.
ὄπισθεν, à tergo.
Ὅπλον armatura, ὅπλα, arma.
ὁπλότερος, junior.
Ὀπὸς, succus, humor.
Ὁπότε, quando, ὅπου, ubi.
Ὀπτάω, torreo, asso.
Ὄπτω, video, aspicio.
ὤψ, ὠπὸς, oculus, aspectus, vultus.
* Ὀφθαλμὸς, ὁ, oculus, quasi ὠπὸς θάλαμος, cubiculum visus.
Ὀπύω, conjugem habeo.
Ὀπώρα, autumnus.
Ὁράω, video, cerno.
* Ὀργὴ, ira, ab ὀρέγω.
ὀργάω, impatienter appeto.
ὄργια, sacra Liberi.
Ὀρέγω & ὀρέγνυμι, porrigo.
ὀρέγομαι, appeto.
Ὀρθὸς, rectus, porrectus.
Ὄρθρος, tempus matutinum.
Ὁρμὴ, impetus.
Ὄρνις, θος, ἡ, avis, ales.
Ὄρος, τὸ, mons.
Ὅρος, ὁ, terminus, limes.
ὀρρὸς, serum lactis.
ὄρρος, sacri ossis extremum.
Ὀρταλὶς, pullastra, gallina.
Ὀρύσσω, fodio.
Ὀρφανὸς, orbus, pupillus.
* Ὄρφνη, tenebræ, ab ἐρέφω, tego.
Ὀρχέομαι, salto, tripudio.
Ὄρχις, testiculus, testis.
Ὄρω, (ex quo latinè orior) excito, concito.
Ὄτλος, ærumna labor.
οὖρος, ventus secundus: etiam custos, inspector.

ὄρδος, alvers.
Ὅς, qui, Ὅστις, quicunq;.
ὅ, ubi, ὅτε, quando.
Ὅσιος, ſanctus, juſtus.
Ὀστέον, ὀστοῦν, os.
Ὄστρακον, teſta.
Ὀσσή, vox, fama.
* Ὀσφραίνομαι, odoror, olfacio, ab ὀσμὴ & ἐυφραίνομαι, qua voce includitur etiam vox, ῥὶν, naris.
Ὀτρύνω, incito, adhortor.
Οὐ, οὐκ, οὐχ, & οὐχί, non.
Οὐθαρ, τὸ, uber, propriè in belluis.
Οὐρὴ, cauda.
* Οὐρανὸς, cœlum, quaſi ὁρατὸς, quod ſit viſui pervium.
Οὖρον, urina.
Οὖς, ὠτὸς, auris.
ὦας, ατος, τὸ, idem.
Οὐτάω, vulnero, ictum infero.
Οὗτος, hic.
Ὀφείλω, debeo.
ὀφέλλω, idem: aliâs augeo, adaugeo, amplifico.
Ὄφις, ſerpens, anguis.
Ὀφρὺς, ύος, ἡ, ſupercilium.
Ὄφρα, ἵνα, ὅπως, ut, quo.
Ὀχετὸς, canalis, aquæ ductus.
Ὀχεύω, admiſſarium admitto, quum de fœmineo ſexu dicitur.
Ὄχλος, turba, multitudo hominum.

ὀχλεύω & ὀχλέω, moveo.
Ὄχος, currus, vehiculum.
* Ὄψ, ὀπὸς, vox, ab ἔπω, dico.
Ὀψὲ, ſerò, longo poſt tempore.
Ὄψον, obſoniũ, omne id quo, præter panem, veſcimur.

Π

Παῖς, δὸς, & παΐς, ΐδος, ὁ ἡ; puer vel puella.
* Παίζω, à παῖς, jocor, ludo.
Παίω, percutio, pulſo.
Πάλαι, olim, quondam.
Πάλη, lucta.
Πάλιν, iterum, rurſus.
Πάλλω, vibro, agito.
Πάππας, pater, vox puerorum.
Παρὰ, a, ab, apud, ad.
παρὲξ, παρὲκ, extra, foris.
Παράδεισος, hortus, viridarium.
Παρειὰ, ᾶς, mala, maxilla.
Παρθένος, ὁ ἡ, virgo.
Πάρος, adverb. Poët. antè, priùs: idem quod πρὸ vel ἔμπροσθεν.
Πάσσω, inſpergo, conſpergo.
Πάσχω, quod ſumit ſua tempora à πήθω, patior, & ago, facio: etiam accidit mihi.
Πατέω, calco, ambulo.

Πά-

Παταάσσω, cum ſtrepitu palpito, vehementer palpito.

* πατὴρ, pater, ſenex, quaſi παῖδας τηρῶν, i. ſervans pueros.

πατρωὸς, vitricus, πατρῶος, paternus.

Παῦρος, Poet. idem quod ὀλίγος, parvus.

Παύω, finem impono, deſiſtere facio.

Παχὺς, craſſus.

πάω, poſſideo, acquiro.

Πέδη, pedica, compedes.

* Πέδον, ſolum, terra, à πέζ, ποδὸς, pes.

Πέζα, malleolus pedis, vel planta pedis.

Πείθω, perſuadeo.

Πίστις, fides.

Πείκω, pecto, carmino.

Πόκος, vellus.

Πεῖνα, fames, eſuritio.

Πεῖρα, conatus, experimentum, documentum.

Πείρω, tranſadigo, tranſigo: & tranſeo, pertranſeo.

πόρος, tranſitus, trajectus,

Ἀπορέω, ῶ, ad anguſtias, è quibus me explicare nequeo, redactus hæſito, vel ſimpliciter hæſito, dubius animi ſum.

Πορίζω, aditum patefacio, excogito, acquiro, præbeo.

ἔμπορος, vector, qui mare trajicit, viator, mercator.

Πορθμὸς, fretum, ſinus maris in anguſtias coarctati, quod facilè trajici poteſt.

Πέλας, propè, ut πλησίον, ἄγχι.

Πελάω & πελάζω, propinquo

* Πέλαγος, pelagus, à πέλας & γῆς.

* Ἄπλαγος & * Ἄπληστος, immenſus, inacceſſus.

Πέλεκυς, ſecuris, bipennis.

Πελὸς, niger, fuſcus.

Πέλτη, ſcutum brevius.

Πέλω, & πέλομαι, Poët. ſum.

Πέλωρ, ωρος, monſtrum immane.

πελώριος, ingens.

Πέμπω, mitto, mando.

Πομπὴ miſſio, deductio.

Πέμφιξ, ιγος, ἡ, flatus.

Πενέω, ſum pauper, inops.

Πενία, πενίη, pàlipertas.

Πένθος, τὸ, luctus, mœror.

Πένω, πένομαι, ſtudioſè aliquid facio.

Πόνος, labor, ſtudium.

Πέπλος & πέπλον, indumentum muliebre è ſubtili ſtamine, cæteris veſtibus ſuperinjici ſolitum.

Πέπω, coquo.

Πέρας

Πέρας, τὸ, finis, terminus.
Πέρα, ultra.
Περάω, transeo, etiam vendo.
Πέρδω, pedo; unde πορδὴ, crepitus.
Πέρθω, diruo, vasto.
Περὶ, de, propter, circa.
Περιτὸς, ninius.
Πέρκος, & περκνὸς, niger, nigris distinctus maculis, varius.
* Πέρπερος, quasi πέρφερος, seu à περιφερὴς, levis, temerarius, inanis.
Πέρυσι, anno præterito.
Πετάω, πετάζω, πετανύω, πετάννυμι, pando, explico: πετάζω, etiam tendo.
Πέταυρον, pertica, tignum super quo gallinæ dormiunt.
Πέτρος, lapis, saxum.
Πεύκη, picea, larix.
Πήσσω, πηγνύω, πήγνυμι, compingo, fabrico, struo.
πάγος, collis, tumulus.
πάγιος, fixus, firmus.
πάχνη, ros, glacies, pruina
Πηδάλιον, gubernaculum, seu clavus navis.
Πηδάω, salio, salto.
Πήγη, fons, scatebra.
πίδαξ, idem.
Πηλακισμὸς, illusio, contumelia: ut ὕβρις.

Πηλὸς, lutum, cœnum, limus.
* Πῆμα, damnum, exitium, à πάσχω, patior.
Πῆνος, textum, seu tela.
Πηλὸς, idem: etiam pannus.
Πήρα & πέρη, saccus, pera.
Πηρὸς, mutilus, mancus.
Πῆχυς, ὁ, cubitus, χειρίς.
Πιέζω, premo.
Πίθος, dolium.
Πικρὸς, amarus.
Πῖλος, pileus, seu pileum.
Πιμελὴ, id est, πῖαρ, seu, λίπος, pinguedo, seu pingue.
Πίναξ, tabula scriptoria, libellus.
Πίνος, sordes, squalor.
Πίνω, bibo, poto.
πιπίσκω & ποτίζω, potum præbeo.
ποτὸς, potulentus.
πόσις, potatio, convivium.
ποτὸν, aqua potui apta.
Πίπτω, cado, labor.
πεσσὸς sive πεττὸς, calculus, scrupus lusorius.
Πίσσα sive πίττα, pix.
πίτυς, υος, ἡ, pinus, arbor quæ picem fundit.
Πίτυρον, furfur.
Πίων, ονος, pinguis, obesus.
Πλάζω, errare facio, propriè de pluribus dicitur, dispergo, errabundus huc illuc agito.

Πλά-

Πλάγιος, obliquus, transversus.
Πλάνη, error, erratio.
Πλάξ, ακὸς, tabula ex lapide.
Πλάσσω, fingo.
Πλατὺς, έος, ὁ, latus.
Πλέκω, plico, plecto, necto.
Πλέος & πλεῖος, plenus.
Πλευρὰ, latus, & πλευραὶ, costæ.
Πλέω, πλεύσω, navigo.
Πλήθω, impleo, repleo.
πίμπλημι, idem.
πλήρης, εος, plenus.
Πλὴν, præterquam.
Πλημμελὴς, έος, qui est contra modulationis normam, inconcinnus, incompositus.
Πλήσσω, percutio, ferio.
Πλίνθος, ὁ, later.
Πλίσσω, sive πλίσσομαι, gradior.
* Πλοῦτος, divitiæ, quasi πολύετος, i multis annis opes collectæ.
Πλυνῶ, lavo, de vestimentis, ut λούω, de corpore.
Πνέω, flo, spiro, respiro.
Πνίγω, suffoco, strangulo.
* Πόθος, desiderium, à πείθω.
Πόα & ποίη, herba.
Ποιέω, facio, efficio, ago.
Ποικίλος, varius.
* Ποιμὴν, pastor, propriè, ovium, upilio: etiam dux, imperator: & generaliter quilibet curator, quasi in ποίῃ μιφόων.
Ποινὴ, pœna, ultio, injuria.
Ποιπνύω, sedulò opus facio, satago.
Ποῖος, ποῖα, ποῖον, qualis & quale: interdum etiam, quis.
οἷος, qualis.
Ποιφύσσω, spiro, flatum emitto.
* Πόλεμος, bellum, pugna, à πολὺ & αἷμα, quia multus sanguis in bello effusus.
Πολέω, verto, verso.
Πόλτος, puls, pulmentum.
Πολιὸς, canus.
* Πόλις, urbs, civitas, à πολὺς, quia civitas constat è multitudine civium.
Πολὺς, multus, numerosus.
* Πόντος, pontus, mare, à πόνος, labor.
Ποππύζω, sibilo, labris compressis acutiorem quendam sonum edo.
Πόποι, Dii, Papæ.
Πόρτις, vitulus, juvencus.
* Ποσειδῶν, Neptunus, à σείειν τὸ πέδον, quia terram concutit.
Πόσθη, ἀκροποθίτον, præputium.

Πόστος,

Πόσος, quantus.
ὅσος, quantus.
τόσος, tantus.
* Ποταμὸς, fluvius, flumen, à ποτὸς, quod potabilem præbeat aquam.
* Πότμος, id est, μόρος, fors, fatum, à πέτω, cado.
Πότερος, uter.
Πότνιος, venerandus, augustus, à πέτω, cado.
Πὺς, ποδὸς, pes.
Πρᾷος, lenis, mitis.
Πραπίδες, præcordia.
Πράσσω, facio, ago.
Πρέμνον, stipes, stips.
Πρέπω, decorus sum, conspicuus sum, & excello.
Πρέσβεις, εος, ὁ, legatus.
Πρέσβυς, υος, ὁ, senex.
Πρήθω, incendo, inflammo.
Πρηὼς, έος, pronus, præceps.
Πείραμαι, emo: idem cum ἀγορεύζω & ὠνέομαι.
Πείν, prius, antè.
Πείω seu Πείζω, ferro, ferrâ seco, vel findo, frendere dentibus.
Πεὸ, ante, præ, coram.
πρῶτος, primus.
* Πρόϊαω, porrecta manu præbeo ex ἴαω, præbeo.
πρόϊξ, ῖκος, donum, dos.
Πρὸς, à, ab, prope, ad.
Πρόφασις, causa, occasio.

Πρυμνὸς, extremus, ultimus
πρύμνα, puppis.
πρύτανις, rector, administrator.
Πρωὶ, mane.
πρῖ, idem.
Πρώρα, anterior navis pars.
Πταίω, impingo, offendo.
Πτάρω & πταίρω, sternuo, sternuto.
Πτέρνα, calx, calceamentum.
* Πτέρυξ, alia, à πέτομαι, volo, as.
πτέρυξ, υγος, ἡ, ala.
Πτήσσω, metu contrahor.
πτώσσω & πτοέω, idem.
πτωξ, ωκὸς, pavidus, timidus.
πτωχὸς, mendicus.
Πτίσσω & πτίττω, tundo, decortico, pinso.
Πτύσσω, plico, complico.
Πυξ, pugnus.
πτυχὴ, plica, plicatura.
Πυγμὴ, pugnus, etiam mensura sex digitis brevior quàm cubitum, unde πυγμαῖος, æquans, seu explens πυγμάω.
πύκα, idem quod πυκνῶς, densè, spissè: etiam prudenter.
Πτύω, spuo, excreo.
Πυγὴ, nates, pyga.
Πύθω, putrefacio.
Πυθὼ, οῦς, & πυθῶν, ῶνος, urbs

urbs Phocidis: quæ & Delphis appellabatur, unde πύθιον, Apollinis in ea urbe templum.

Πύλη, porta, propriè aditus in urbem, ut θύρα, aditus in domum: Latinè Foris, seu Fores, janua, Ostium, in ædificiis dicuntur: Porta verò, & in ædificiis, & in urbe, ac munitionibus muro cinctis.

Πυλὼν, ῶνος, atrium.

Πυνθάνομαι, & πεύθομαι, audio, intelligo: etiam cognosco, rescio, interrogo, quæro.

Πεῦσις, εως, ἡ, interrogatio.

Πεύσεις, nuncii, sermones.

Πύσις, εως, ἡ, auditio, fama.

Πύος, τὸ, primum lac post partum in animalibus: πυὸν, pus, πύελος, locus ubi lavatur, Balneatoria vasa.

Πῦρ, πυρὸς, τὸ, ignis.

Πυρεῖον & πυείον, igniarium, materies arida ad ignem accendendum.

Πυρὰ, rogus.

Πυῤῥὸς, rufus, rutilus.

Δίπυρος, qui secundò assatur

Πύργος, turris.

Πυρὶν, λῖνος, ὁ, nucleus, vel quod in pomo ligneum, osseumve est, ut saxa in olivis. Os quoque & lignum dicitur.

Διπύρλωον, instrumentum Chirurgicum: id est, specillum duas cuspides habens, seu duo capitula.

Πυρὸς, triticum, frumentum.

Πώγων, ωνος, barba.

Πωλέω, vendo, venundo.

Πῶλος, ὁ ἡ ἦ, pullus, sæpè de pullo equino, qui equuleus à Cicerone nominatur.

Πῶμα, operculum.

Πῶρος, luctus, ut πένθος: etiam callus, id est, corpus durum & siccum, & album, ossa fracta conjungens.

Πῶς, quomodo, qua via? ὅπως, ut.

Ρ

* Ῥάβδος, & ῥάβδος, virga, ramus, hastile, à ῥαπίζω, verbero.

Ῥᾴδιος, facilis, proclivis, à ῥέω.

* Ῥαίω, profligo, perdo.

* Ῥαπὶς, ίδος, ἡ, virga, & fortè ensis.

Ῥάπτω, suo, sarcino.

Ῥάχις, εως, ἡ, spina dorsi.

Ῥάχες, cauliculi, ramuli: etiam fibræ radicum in arboribus.

Ῥαχία

Ραχία, crepido littoris petrosa: etiam strepitus, & restagnatio maris in Oceani littore.

Ρέγχω vel ῥέγχω, sterto, factum per Onomatopœiam.

Ρέζω, facio, etiam sacrifico.

Ρέμβω, in gyrum circumago, circumvolvo.

Ρέμβη, vagatio, erratio.

Ρέπω, vergo, propendeo, propriè de statera.

Ρόπαλον, clava.

Ρέω, fluo, etiam fundo.

Ρεῦμα, fluentum.

Ραίνω & ῥάζω, perfundo, aspergo, irroro.

Ραδάμιγξ, gutta.

Ρόθος, undarum sonitus.

Ρὶν, ινὸς, & ῥὶς, ἡ, nasus.

Ρινὸς, οὗ, ὁ ϗ ἡ, pellis, corium

Βροτὸς, mortalis.

Βρότος, sanies.

Ρίζα, ης, radix.

Ρὴν, ηνὸς, ὁ, ovis.

Ῥῖγος, εος, τὸ, rigor, frigus vehemens.

Ρίνη, ης, lima.

Ρίπτω, projicio, præcipito.

Ρόδον, rosa, Æol. Βρόδον.

Ροῖζος & ῥοῖδος, stridor: *Rushing of waters.*

Ῥάζω, & ῥοίζω, latro.

Ῥόσος, coccinus, & flammeus color, qualis rubricæ sinopicæ, russeus sive russatus.

Ροφέω & ῥοφάω, sorbeo.

Ρυθμὸς, numerus.

Ρύπος, τὸ, sordes.

Ρύπτω, sordes eluo.

Ρώω, confirmo.

Ρώμη, robur.

Ἐῤῥόμαι, valeo.

Ρῶψ, ωπὸς, virgultum.

Ρῶπος, merces parvi momenti.

Σ

Σάλος, salum, maris ora, & jactatio, ab ἅλς, ἁλός.

Σάλπιγξ, ἡ, tuba, buccina.

Σὰρξ, caro.

Σάττω, onero, onus impono.

Σαφὴς, manifestus, perspicuus.

Σβέννυμι seu σβεννύω, extinguo, comprimo.

Σέβω, veneror, adoro, colo.

* Σειρὰ, catena, aut funis, restis: etiam linea de progenie; & obex forium, ex εἴρω.

Σειρῶ, σειρόω & σειραίνω, & σειριάω, desicco, arefacio, unde σείριος, Sirius stella, canicula.

Σείω, concutio, quasso, agito.

σίω,

σέω, ex quo σεύω, cieo.
σήθω, executio, cribro.
σαίνω, caudam quatio.
σόω, ex quo Doricum ἀπέσσουα, unde illud ἔῤῥει τὰ καλὰ, Μίνδαρος ἀπέσσουε, id est, ἀπῆλθε, τέθνηκε, periêre honesta, Mindarus interiit.
σαίρω, scopis purgo, verro.
Σηκὸς, stabulum, receptaculum.
Σῆμα, signum, nota, vexillum, sepulchrum. *Ἄσημος, non signatus, ignobilis.
Σήπω, putrefacio.
Σῆρες, Seres populus, vel vermiculi, qui nent sericum.
*Σῆτες, Dor. Σᾶτες, Atticè Τῆτες, hoc anno, quasi τῷ ἔτει.
Σὴς, τὸς, tinea.
Σθένω, valeo, possum.
Σιγάω, taceo, sileo.
*Σίδηρος, ferrum, à σίζω, strideo.
Σίελος, ὁ, & σίελον, τὸ, saliva.
Σίζω, strideo, de ferro candenti dum aquâ extinguitur.
Σίκυος, vel σικυὸς, ὁ, cucumis.
σικύα, cucurbita.
Σκιμαλίζω, digitum infamem porrigo, per contemptum & ignominiam.

Σκολιὸς, tortuosus, obliquus.
Σιμὸς, simus, qui pressis est naribus.
Σίνω, noceo, lædo.
*Σίνηπι, παρὰ τὸ σίνεσθαι τοὺς ὦπας, i. quod lædat oculos, sinapi.
Σῖτος, frumentum, cibus.
Σιωπάω, sileo, taceo.
Σκάζω, claudico, ex σκάω.
σκαιὸς, lævus, sinister.
σκαμβὸς, qui obliquus in latus procedit, incurvus, distortus.
σκάνδαλον, i. σκῶλον, quòd objectum offendiculum cogat claudicare, & ad ruinam tendere: etiam lignum incurvum, quo tendicula, seu decipula sustinetur, & in quod impingens animal, ipsam decipulam in se subitâ ruinâ evertit.
Σκαίρω. salio, tripudio.
σκαρίζω, idem.
Σκάλλω, fodio, & disrumpo, findo
Σκάπτω, idem cum σκάλλω, i. fodio, fossam duco.
Σκεδάω, dissipo, dispergo.
Σκέλλω, exsicco, arefacio, ex σκλήω & σκλῆμι, inusit.
Σκέλος, crus.
Σκέπτομαι, circumspicio, despicio,

ſpicio, perpendo, viſito.

σκοπὸς, ſignum ad quod tela dirigunt ſagittarii, ſcopus

Σκέπω, tego, operio.

Σκεῦος, εος, τὸ, vas, etiam inſtrumentum.

σκευάζω, inſtruo, orno.

Σκηνὴ, Tabernaculum, tentorium: domicilium temporarium ex frondibus, culmis, tabulis, pellibus, pannis laneis, aut ſimili materia.

Σκήπτω, nitor, incumbo, etiam prætexo, aliqua ratione nitens: & fingo, ſimulo: etiam cado, decido, irruo: unde σκηπτὸς, fulmen, quod in terram impetu violento illiſum decumbit, & σκῆπτρον, baculus, ſceptrum.

Σκιὰ, umbra.

Σκιρτάω, ſalto, exulto, ſubſilio.

Σκόλοψ, ὁ, præacutus palus, vallus, idem cum σαυρὶς & χάραξ.

*Σκόρπιος, ſcorpius, à σκορπίζω, diſpergo.

Σκότος, ὁ vel τὸ, εος, tenebræ, caligo, ſæpè de tenebris nocturnis.

Σκύζω, ad iram concito, irrito.

σκυθρωπάζω, ſum vultu tetrico & mœſto, moleſtiam vultu ſimulo.

Σκύλαξ, ὁ vel ἡ, catulus, propriè canis.

Σκύμνος, catulus leonis.

Σκύτος, τὸ, corium, pellis: etiam loreus, funis, ſcutica.

Σκώληξ, ηκος, ὁ, vermis.

Σκώπτω, cavillor, illudo, irrideo aliquem dicteriis.

Σμάω, ſive σμέω, abſtergo.

Σμίλη, ſcalper, ſeu ſcalprum, ſcalper inciſorius.

Σμιλεύω, ſcalpello amputo.

Σμύχω, attero, abſumo, corrumpo, etiam uro.

σμυγερὸς, ærumnoſus.

Σορὸς, ὁ, loculus, conditorium.

Σοφὸς, ὁ, ſapiens, prudens.

Σπάθη, rudes ſeu rudicula, gladius.

Σπανὸς, & σπάνιος, rarus.

Σπαράσσω, lacero, lanio.

Σπαργάω, tumeo, lacte diſtentus ſum.

Σπάρτος, ſive σπάρτον, ſparrum.

Σπάω, traho, attraho.

Σπάσμα, τὸ, mucro in gladio: in corpore humano, quod convulſum eſt.

Σπεῖρα, ſpira: ἕλιξ, linea flexuoſa orbes faciens in ſe redeuntes.

Σπει-

Σπείρω, ſemino, ſero.
Σπένδω, libo, ſacrifico.
Σπέρχω, urgeo, propello.
Σπεύδω, feſtino.
σπουδὴ, feſtinatio, ſtudium.
Σπῖλος, macula, labes.
Σπλάγχνον, viſcera, præcipua interanea & vitaliora, ut cor, pulmo, jecur, & ſimilia, quæ in cæſis victimis aruſpices conſiderabāt
Σπλὴν, ηνὸς, ſplen, lien.
Σπόγγος, ſpongia.
Σποδὸς, ἡ, cinis.
Σπόνδυλος, ſpondylus, vertebra, ſunt 24 oſſa quibus tota ἡ ῥάχις conſtructa eſt
Στάζω, ſtillo.
στάγμα, gutta.
Σταφὶς, ίδος, ἡ, uva paſſa.
Στάχυς, υος, ſpica,
Στέαρ, τὸ, ſebum ſive ſevum.
Στέγω, tego, occulto.
Στείβω, calco, tero.
Στεῖρα, ας, ſterilis, quæ non parit: carina navis: & coma certo quodam modo intorta.
Στείχω, eo, vado, propriè ordine.
στοχάζομαι, collimo, & rectà ad ſcopum tendo: rationem habeo: & conjicio.
Στέλεχος, εος, τὸ, truncus, caudex. etiam ſtirpes, ſtirps.
στελεχόω, caudicem emitto
Στέλλω, mitto: etiam inſtruo, paro, & orno, exorno, propriè de corporis cultu.
Στενὸς, anguſtus, arctus.
στένω, gemo, ſpiro.
Στέργω, naturali quadam charitate amplector.
Στερεὸς, ſolidus, integer, firmus, durus.
Στερέω, privo, orbo.
* Στέρνον, pectus, à στερεός.
Στέφω, corono, redimo.
*Στηρίζω, figo, ab ἵστημι.
Στίζω, pungo, ſtigmata inuro.
Στίλβω, ſplendeo: luceo.
Στλεγγὶς, ίδος, ſtrigil.
στλεγγίζω, ſtrigili rado, ſeu abrado.
Στοὰ, ᾶς, porticus regia Athenis.
* Στόμα, ατος, os, à τέτομα, ſcindo.
στόμαχος, ſtomachus.
Στορέω, ſterno, ſolo æquo.
Στρὰγξ, γγὸς, gutta, ſeu ſtilla.
* Στρατὸς, ῦ, ὁ, vel ἡ, exercitus, à στερρῶς ἵστασθαι, id eſt firmiter ſto.
Στρέφω, verto, flecto, torqueo.
στρεβλὸς, tortus.
στρέπτω, torqueo, verto.

ςραγγὸς, obliquus: idem quod σκολιός.

Στρηνὴς, έος, asper: item acutus. At ςρῆνος, luxus, fastus, deliciæ, unde ςρηνιάω, lascivio.

* Στρουθὸς, passer, passerculus, ἀπὸ τοῦ μετ' οἴςρου θεῖν viz. ad venerem, Avis est admodum veneri dedita: etiam ὄσπριον, leguminis species.

Στύραξ, ακος, cuspis teli: etiam arbor.

Στυγέω, F. ςύξω, à ςύγω, odio prosequor, odi.

Στυφελὸς, durus, asper.

ςύπη, stupa, qua rimulæ & foramina stipantur.

Συκῆ, ficus arbor.

Σῦκον, ficus fructus.

Σύλη, præda, spolium.

Σὺ, Atticè Ξὺ, cū, unà cū.

Συείσω, sibilo, sibilum edo.

Σύρω, traho.

Σῦς, υὸς, ὁ vel ἡ, sus, porcus.

ὗς, ὑὸς, ὁ καὶ ἡ, idem.

ὕνις sive ὕννις, vomer: etiam capra.

Συχνὸς, frequens, creber.

Σφαδάζω, pedes agito, jacto.

Σφάζω, jugulo, macto.

Σφαῖρα, sphæra, globus.

Σφάκος, salvia.

Σφάλλω, supplanto, everto.

Σφάραγος, guttur.

Σφενδόνη, funda.

Σφὴν, ηνὸς, cuneus.

Σφὴξ, idem. vespa.

Σφίγγω, stringo, constringo.

Σφραγὶς, ῖδος, signum, sigillum.

Σφειγάω, turgeo, propriè de mammis.

Σφύζω, salio, pulso, eâ significatione, qua arterias pulsare dicimus. Et mico, palpito

Σφύρα, Malleus, piscis marinus.

Σφυρὸν, malleolus pedis.

Σχάω, scarifico, scalpro aperio seu incido; aut pertundo, laxo, remitto, relinquo.

σχάζω, idem: etiam transfero, & tenorem instituti vel moris abrumpo: & solvo, desino.

Σχέτλιος, miser, scelestus, sævus.

Σχίζω, findo, scindo, disseco

Σχῖνος, ἡ, Lentiscus, dentiscalpium.

Σχοῖνος, Juncus, funis ex junco plexus, mensura Ægyptiaca stadia capiens sexaginta.

Σχολὴ, otium, vacatio.

Σωλὴν, ῆνος, canalis, rubus.

* Σῶμα, corpus, quasi σῆμα τῆς ψυχῆς, sepulchrum animæ.

Σῶς, salvus, incolumis, sospes.

Σώω, servo, & concito.

Σῶκος, Mercurii epithetum, ex σάοικος, i. σώζων τοὺς οἴκους.

T

Ταλάω, τλάω, τλῶ, sufero.

Τάλας, αντος, miser, ærumnosus.

Οἴμοι τάλας, heu mihi misero.

ταλάσιον & ταλασία, lana.

Τάλις, μελλόγαμος, παρθένος, μελλονύμφη, Nuptiis apta, quòd puellæ usque ad nubilem ætatem lanificia exercere solerent.

Ταμίας, promus, condus, dispensator eorum, quæ, promenda & condenda sunt, à τέμνω, distribuo.

* Ἰαπεινὸς, quasi παλεινὸς, depressus, humilis, non multùm à terra assurgens, cui opponitur ὑψηλὸς, procerus, altus. Aliquando de homine dicitur, & ad animum transfertur, & tunc oppositum habet ὑπερήφανος, ὑψηλόφρων, superbus.

Τάπης, ητος, ητος, tapes.

Ταράσσω, commoveo, turbo.

Τάρβος, τὸ, terror, metus.

τάρταρος, infernum.

Τάριχος, ου, vel εος, ους, ους, vel τὸ salsamentum.

Τάρχεα, inferiæ, justa.

τάρχαι, idem.

Τάσσω, ordino, colloco.

Ταῦρος, taurus.

Ταχὺς, pernix, celer, velox.

Τέγγω, tingo, humecto, mollio.

Τείνω, tendo, extendo.

τόνος, tenor, tentio, contentio.

Τείρω, vexo, affligo, infesto.

τέρλω, tener.

τερεμών, ονος, mollis:

τραύω, vulnero, saucio.

τραυλὸς, blæsus, balbus.

τρέω, tero, attero, terebro.

τρύω, τρύσκω & τρύχω, τρυχόω & τρίβω, τρώσκω, pro τρώω, idem.

τρώγω, edo, rodo: unde τράγος, ob voraciratem, caper, hircus.

* Τεῖχος, τὸ, murus, mœnia, à τεύχω, fabrico.

Τέκμαρ, τὸ, finis: etiam signum, prodigium, ostentum

Τέλλω, oriri facio.

τέλλομαι, exilio, orior.

Τέλος, τὸ, finis, exitus.

Τέμνω, scindo, seco.

Τένδω sive τένθω, comedo, rodo, seu arrodo.

Τέρας, τὸ, signum prodigium, monstrum.

Τερθρευτὴς, έος, præstigiator, impostor.

Τέρμα, terminus, meta, finis.

Τέρπω, delecto, oblecto.
Τέττιξ, ιγος, cicada.
Τεύχω, fabrico, ſtruo.
Τυγχάνω, ſum, conſequor.
* Τέφρα, cinis, cui κονία & μαείλη ſynonyma ſunt, à τέφω, incendo.
Τέχνη, ars.
Τήκω, liquefacio, liquo.
τήγανον, ſartago, patella.
Τῆλε, procul.
Τηρέω, ſervo, conſervo, tueor.
Τιθασσὸς, cicur, mitis.
τιθασσόω, cicuro.
τιτθὴ, nutrix, & mamma.
τιθεύω, nutrio.
τίθημι à τιθέω, pono, colloco, propono, compono, ſuppono, ſumo, vendico, tribuo. Aliquando, facio, efficio.
θεσμὸς, lignorum ſtrues: etiam θεσμοὶ, leges.
θέμις, lex, inſtitutum, jus, fas.
Τίκτω, pario, procreo.
Τίλλω, vello, vellico.
Τίλος, i. κόπρος, ſtercus.
Τινάσσω, quatio, concutio, vibro.
Τίς, quis, uter, quotus?
Τὶς, aliquis, quiſpiam.
Τίω, honoro, magni æſtimo.
τίομαι, ulciſcor.
τιμωρία, ultio, vindicta.

τίτιμον, mulcta, pœna, etiam cenſus.
* Τιτᾶνες & τιτῶνες, Dæmones quidam à Jove è cœlo ſub terram detruſi, à τιτάινω, ulciſcor.
Τοῖχος, paries, murus, ſed lateralis, ſeu tranſverſarius.
Τόλμα, audacia.
τολμάω, audax ſum, audeo
Τολύπη, lana depexa.
τολυπεύω, conglomero.
Τόξον, arcus.
Τόπος, locus.
ἄτοπος, locum non habens, abſurdus.
* Τράπεζα, menſa; quaſi τετράπεζα, à quatuor pedibus.
Τράχηλος, collum, cervix.
Τραχὺς, aſper, confragoſus, cui opponitur λεῖος, lævis
* Τίγλη, mullus, quoniam τρὶς πίκτει τοῦ ἔτους, ter parit in anno.
Τείρω, tero, abſumo.
τρίβος, ου, via,
Τρέπω, verto, converto.
Τρέφω, nutrio, alo.
τροφὸς, ε, τὸ, alumnus.
τρόμος, grumus, propriè rei in unam maſſam concretæ fruſtum.
Τρέχω, curro, propero

Ἀναδρομὴ,

Ἀναδρομὴ, Sublatio in altum.
τρόχος, rota.
Τρέμω, trepido, tremo.
* Τρήρων, ἡ, columba, ἀπὸ τοῦ τρεῖν, quòd sit timida.
Τρίζω, strido.
Τρύγη, δημητριακὸς καρπὸς, Cereales fruges.
τρυγάω, vindemio.
Τύλος, callus, seu callum: τύλοι quoq; superciliorum pili.
Τύμβος, bustum, sepulchrum
Τύπτω, verbero, percutio.
* Τύραννος, rex, tyrannus, à τρύω, vexo.
Τύρβη & Σύρβη, turba, tumultus.
* τυρὸς, caseus, à τηρεῖν, quia est lac servatum.
Τυρόω, & τυρεύω in caseum cogo: etiam agito, turbo.
Τύτθος, ὁ καὶ ἡ, parvus.
Τυὼς, idem.
Τυφλὸς, cæcus.
Τύφω & τυφόω, fumum excito, unde τύφος, & τῦφος, fumus.
* τύχη, fortuna à τυγχάνω i. accido.
Τωθάζω, dicteriis seu convitiis incesso, irrideo, opprobriis mordeo.

Υ Ἀκίνθος, Hyacinthus: etiàm flos purpureus, & gemmæ nomen.
Υαλος & ὕελος, ὁ vel ἡ, vitrum: etiam κρύσταλλος, crystallus.
* Υβρις, injuria, sed gravior, quasi ὑποβαρὺς, admodum gravis.
Υγιὴς, έος, sanus, bene valens, integræ valetudinis.
Υγρὸς, ὑγρῦ, humidus, madidus: interdum liquidus, fluidus, cui opponitur, ξηρὸς, aridus, siccus.
Υδω, celebro, canto.
Υμνος, hymnus, carmen, propriè in honorem Dei.
Υιὸς, filius, natus.
Υλάω, ῶ, latro, de canibus.
Υλη, materia, sylva.
Υπὲρ, super, pro, per.
* Υπατος, Consul, quasi supremus.
* Υπνος, somnus, quasi λύπονος, quia solvit labores.
Υπὸ, à, ab, præ, per.
ὕστερος, posterior.
Υπόδρα, torvè, torvis oculis.
Υπτιος, supinus, resupinus.
Υφάω, & ὑφόω, texo.
Υψος, τὸ, altitudo, celsitudo.
Υω, pluo.
ὕδωρ, & ὕδας, τὸ, aqua, pluvia.

ἱδρὼς, sudor.
ἵδρω, sudor: sed denotat sudorem ex æstivo calore.

Φ

Φάγω, φήγω, edo, comedo.
Φαιδρὸς, hilaris, alacer.
Φάλαρα, ornamentum, quoddam galeæ.
Φαλακρὸς, calvus
Φάος & φῶς, τὸ, lux, lux solis.
Φάω, φαέθω, luceo. φαείνω & φαίνω, in lucem edo, & φαίνομαι, in lucem prodeo.
* Φάρμακον, medicina, quasi φέρων ἄκος, i. ferens medicinam, venenum.
Φάρυγξ, ὁ vel ἡ, guttur.
Φάτνη, præsepe, stabulum.
Φαῦλος, vilis, etiam malus, improbus.
Φαύλως, malè, difficulter.
Φάω, pro quo φημί, dico, aio.
Φαίζω, dico, memoro, commemoro, expono. At φαίζομαι, cogito.
Φείω & φάζω, occido.
Φένω & φονεύω, idem.
Φέβομαι, fugio, metuo,
Φέγγος, τὸ, splendor, lux, lumen.
Φείδομαι, parco, ignoscо, misereor.
Φελλὸς, suber.
Φένακξ, impostor; etiam derisor.
Φεναικίζω, decipio, fallo: & impono: fucum facio, illudo
* Φέρβω, pasco, alo: quasi φέρω βίον, fero victum.
* Φερνὴ, dos, & quæ sponsæ donat maritus ante nuptias à φέρω.
Φέρω, F. οἴσω, ab οἴω, P. M. ἐνήνοχα, ab ἐνέγκω, Aorist. 1 & 2. ἤνεγκα, & ἤνεγκον, ab ἐνέγκω, fero, affero, porto: etiam aufero, rapio, & teneo, & refero; etiam pendo.
Εἰσφέρω, admitto intus.
Φεῦ, heu, eheu.
Φεύγω, fugio, fugam capio.
Φέγγομαι, loquor, vel sonum edo.
Φθέω, pro quo φθείρω, corrumpo, labefacto, perdo.
Φθίω & φθίνω, idem quod θείρω, deficio, tabesco.
φθεὶρ, ρὸς, pediculus.
* Φθόνος, invidia, invidentia: quasi φόνος, cædes.
Φιάλη, ἀπὸ τοῦ πίνειν ἅλις, quasi πάλη, phiala, poculum, patera.
Φίλος, amicus, qui amat & qui amatur, charus, placidus, placens, gratus.
Φιμὸς vel φίμος, camus, fiscella,

ſcella, capiſtrum.
Φλάω, contundo, contero.
Φλέγω, uro, incendo, inflammo.
Φλέω, nugor.
Φλύω, φλύζω, idem.
* Φλύαρος, nugator.
Φλέψ, βός, ἡ, vena.
Φλοιὸς, cortex.
* Φοῖβος, purus, Phœbus, ſol, quaſi φῶς βίου, lux vitæ.
Φοῖνιξ, Ruber: etiam palma arbor, & Phœnix avis, & Phœnix qui eſt à Phœnicia.
Φοιτάω, ventito, venio.
Φολὶς, ίδος, ſquama: ſed qualis eſt ſerpentis.
* Φόνος, cædes, à φένω.
Φόρμιγξ, ιγγος, ἡ, Poët. cithara.
* Φορμὸς, ſporta, corbis, cophinus, calathus. ex φέρω.
* φόρτος, onus. à φέρω.
Φράσσω & φράττω ſepio, munio
Φράγμα ſepimentum.
Φρέαρ, ατος, τὸ, puteus.
Φρὴν, ενὸς, ἡ, mens.
Φρένες, præcordia, mentis ſedes.
Φρονέω, mente ſum præditus, ſapio.
Φρόντις ἡ, cogitatio, cura.
Φρὶξ, ικὸς, ἡ, fremitus maris.
Φρίσσω & φρίττω, horreo, horreſco.
* Φρῆδος quaſi φρόδος, evanidus, qui abiit, diſparuit.
Φρυάττομαι, fremo de equo.
Φρύγω φρύσσω & φρύττω, torreo.
Φρῦνος, rubeta, rana venenoſa.
Φῦκος, εος τὸ alga radicula qua ſe fucant mulieres, unde fucus Latinè: etiam metalli genus.
Φυλάσσω, cuſtodio, ſervo, caveo. vito.
Φύλη, tribus.
Φύλλον ſolium, frons, frondis.
Φύρω miſceo, inquino, fœdo.
Φυσάω ſufflo. inflo.
Φύω, gigno, produco: etiam naſcor, ut φύομαι, orior, exorior, enaſcor.
Φύσις, enaſcentia, natura.
Φωρύω & φώρυμι torreo, uro.
Φωλεὸς ſive φωλεὰ, luſtrum, antrum.
* Φωνὴ, vox; quaſi φῶς νόος, lux animi.
* Φὼρ, ωρὸς, fur, & fucus, à φέρω
Φὼρ, φωρὸς, ſive φῶρος, ſpeculator, explorator.
Φωριαμὸς ſcrinium, arcula.
Φῶς φωτὸς, τὸ, lux.
Φὼς, φωτὸς, ὁ, vir.

Χάζω, vel potius, χάζομαι, recedo, retrocedo, capio.

Χαίνω, hiſco, dehiſco, ex χάω, inuſitato.

χάος, τὸ, hiatus, chaos.

χήμη, hiatus, oſcitatio: etiam oſtrei genus: & menſura liquidorum

χὴν, ηνὸς, ὁ ἡ ἡ, anſer.

Χαίρω, lætor, gaudeo.

χαίρομαι, idem.

Χάεις, gratia, venuſtas, lepos, elegantia: etiam amicitia, beneficium, præmiũ.

χάεἰσες, veneres.

Χαίτη, iuba, propriè, equi.

Χάλαζα, grando.

Χαλάω, laxo, remitto.

Χάλιξ, ſilex.

* Χάλις, merum. Ἀπὸ τ῀ χαλᾶν ἴνας.

Χαλίκεος, merus, purus, vel ita temperatus ut laxet animum.

Χαλινὸς, habena, frœnum.

Χαλέπτω. damno afficio, vel etiam everto, labefacto.

Χαλεπὸς, pernicioſus, noxius, gravis, moleſtus, acerbus, durus, difficilis, iracundus, aſper, ſævus, immitis.

* Χαλκὸς, æs, ab ἀλκή.

Χαμαὶ, humi, in terra.

Χαράσσω & χαράττω, ſculpo, inſculpo, inſcribo, imprimo.

χάραξ, ſulcus, foſſa.

Χάρτης, charta, ex papyro.

Χατέω, egeo, opus habeo.

Χαῦνος, laxus, fungoſus.

Χέζω, caco.

Χεζανάσκη, cacandi neceſſitas.

Χεῖλος, τὶ, labrum, labium.

* Χεὶρ, χειρὸς, manus, ab ἔχω, teneo.

Χείρων & χερείων, deterior, pejor.

* Χελιδὼν, όνος, ἡ, hirundo, quaſi, χείλεσιν ᾄδων, canens.

Χέλυς, ύος, teſtudo: & inſtrumentum muſicum, lyra, cithara, chelys.

Χέρρος ſive Χέρσος, deſertus, incultúſque, aſper: & ſubſtantivè pro χέρσος γῆ, ſolum ſterile, deſertum.

Χέω, F. χέσω & χεύσω, fundo effundo, diffundo.

Χοεύς, έος, & χοῦς, οὸς, congius, menſura liquidorum.

Χοῦς, ὁ, etiam terra egeſta: etiam aqualis, vas aquarium.

Χόω, & χώννυμι, F. χώσω, χώνυμι, educo, aggerem duco,

* Χεῖμα, Poët. Hyems, quoniam multas effundit pluvias.

Χειμὼν, idem, & tempestas, procella, imber, ventus.

Χύω & χωίω, idem quod χέω

Χύτρ & Χύτρα, olla, olla fictilis, testa, cacabus.

χυλὸς, succus.

Χηλὴ, forfex, forceps.

Χῆρος, viduus.

Χθὼν, ονὸς, ἡ, terra, humus, tellus, idem quod γαῖα.

Χίλιοι, χίλιαι, χίλια, mille.

Χιλὸς, ὁ vel ἡ, pabulum proprie jumentorum, ut fœnum, avena, &c.

* Χιὼν, όνος, ἡ, nix, à χέω.

Χλεύη, risus, seu derisio, illusio, ludibrium, cavillatio.

* Χλιαίνω, tepefacio, galefacio, undè Χλαμὺς, ύδος, chlamys.

Χλίω, idem quod θρύπτω, deliciis frango, luxu effœmino.

Χλόα & χλόη, herba virens, germen viride, gramen: etiam generaliter herba, folium, unde χλοερὸς, viridis, herbaceus.

Χναύω, carpo, vellico.

Χοῖνιξ, ικος, ἡ, mensura continens sextarios duos, seu cotylas quatuor.

Χοῖρος, i. ὗς, σῦς, porcus, sus.

Χολὴ bilis, fel, omnis, humor in nobis calidus & siccus.

Χόνδρος, granum: etiam cartilago.

Χορδὴ intestinum, chorda, seu fides ex intestino: etiam nervus, seu chorda, qua arcus intenditur.

Χορὸς, chorus, vel chorea, tripudium, saltatio, tam de actione saltandi, quàm de saltantium multitudine.

* Χόρτος, fœnum, herba, virens, à κείρω, quòd resecatur.

Χράω, commodo, do commodato, utendum do: etiam oraculum edo, vel reddo.

Χραίνω, polluo.

Χράομαι, utor.

χρῆμα, res.

χρήματα, pecuniæ.

Χρέος, χρέως, τὸ, & χρεῖος, & χρέως, vel χρεώς, debitum, mutuum, æs alienum: etiam χρέως, & χρεὼν, debitum fatale, fatum, mors, χρέος, quoq; causa, vaticinium, oraculum.

Χρεῖος, utilis.

Χρεὼ, Ion. χρεὼ pro χρεία indigentia.

χρείω, autem vaticinor.

χρὴ, oportet, opus est.

Χρῄζω, egeo, volo, rogo.

Χρῃΐζω, Poet. idem.

Χρίω, ungo, lino, seu inungo,

go, perungo, oblino, illino: etiam pungo, ſtimulo.

Χρόα, color.

Χρόω & χρώννυμι, coloro, tingo.

χροΐζω, idem.

χρως, ωτὸς, τὸ, cutis, corpus.

χρῶς, χροὸς, ὁ, idem.

Χρόνος, tempus, temporis ſpatium.

* Χρυσὸς, aurum, à ῥύω, libero, quia à multis liberat.

* Χωλὸς, claudus, à κῶλον, pes.

Χῶρος, locus: etiam ager, prædium vel fundus.

Χώρα, itidem locus, ſolum, ager; etiam conceptaculum & regio: & χωρέω, (ex quo curro) accedo, proficiſcor.

Χωρὶς, ſeorſum, ſeparatim: etiam ſingulatim, unde χωρίζω, ſepero vel ſejungo.

Ψ

ΨΑω, tergo, abſtergo: & rado, radendo detergo, frico: & tenuo, attenuo; etiam accedo, & appropinquo. ψαίω, idem.

ψήχω, idem.

Ψαίρω, etiam rado; & innato, attingo; & accelero, feſtino, & diſtraho, & diſſolutus ſum, diſſuo.

Ψάλλω, chordam tango: etiam moveo, quatio, concutio

Ψαθάλλω & ψαλάττω, tango, contrecto.

Ψόα & ψύα, lumbus.

* Ψακὰς, άδος, ros, ſtilla, gutta, quòd minutum ſit.

Ψεκὰς, ἡ, idem; à ψάω.

Ψίθυρος, ſuſurrus.

* Ψωμὸς, fruſtum rei eſculentæ, quantum bucca poſſit ſemel capere.

Ψέγω, reprehendo, vitupero.

Ψελλίζω, balbutio.

Ψάθω, fallo, fruſtro.

Ψεῦδος, τὸ, mendacium, falſum commentum.

Ψάθης, mendax.

Ψῆφος, ἡ, lapillus, calculus, quo luditur, vel quo ſuffragium fertur; etiam ipſum ſuffragium.

Ψίαθος, ἡ, ſtorea, teges, peculiariter eæ tegetes quæ è junco, aut vitili contexuntur.

Ψόλος, fumus, flamma, ſuligo.

Ψόφος, ſtrepitus, crepitus, fragor.

Ψύλλος & ψύλλα, pulex.

Ψύχω, frigefacio, refrigero, ſpiro.

Ψύχος, ους, τὸ, frigus cui opponitur,

ponitur, θάλπος, τὸ, æstus, seu calor.

Ψυχὴ, anima, spiritus vitalis, & intellectualis, quo vivimus.

Ψάρα, scabies, à Ψάω, scalpo

Ω

Ω. Pro fine, quod sit ultima litera.

Ὠδὴ, tribus, populi pars.

Ὠθέω, F. ἀθήσω & ὤσω, tanquàm à them. ὤθω, trudo, pello.

ὠκίζω, idem.

ὤκισις, impulsor.

Ὠκὺς, celer, velox, pernix.

Ὠκεανὸς, ὁ, Oceanus, à celeritate.

Ὠλένη, cubitus, brachium ulna.

Ὤμοι pro οἴμοι, hei mihi.

Ὠμὸς, crudus, propriè de fructibus, qui sole nondum sunt cocti. & crudelis.

*Ὦμος, humerus, quasi ὑπομωμών, quia sustinet onera.

Ὠνέομαι, F. ὤμαι, emo, mercor, ut ἀγοράζω, πείαμαι.

*Ὠὸν, ovum, quasi οἷον, quòd solum pariatur.

Ὥρα, tempus anni, veluti vernum tempus pro vere, etiam generaliter tempus,

Ὥρα, φροντὶς, cura.

Ὠρύω sive ὠρύομαι, ululo, vox canum propriè & luporum.

Ὡς, ut, velut, sicut, tanquam, quasi.

ὥσπερ, quemadmodum.

ὥστε, ut, ita ut.

Ἕως & Εἵως, donec, usque, dum, tantisper, quoad. Cui respondet τέως, tamdiu.

Ὠφελέω, juvo.

*Ὠχρὸς, pallidus, ut pallidus color, quum flavo miscetur album.

ὦχρος, pallor.

ὤχρα, coloris genus.

ὠχρέω, palleo, pallidus sum, pallesco, pallidus fio.

ὠχραίνω, pallefacio, pallidum reddo.

Nomina partium corporis, Animalium, Arborum, Plantarum, Locorum, &c. ex Lexicographis sunt petenda.

DE NOMINIBUS
Menſium Græcorum.

QUod loci relictum eſt, ne vacuum relinqueretur, id placuit menſium Græcorum nominibus implere, quod ipſum quoque fortè eſt nonnihil utilitatis habiturum. Iis igitur omiſſis, quæ de eorum diverſa apud varias gentes ratione, numero, ordine, principio, & fine, & intercalandi ratione, quæ omnia ex variis authoribus collecta *H. Steph.* in Appendicem ad ſuum Theſaurum retulit, nomina tantùm duodecim menſium Græcorum proponam, eo ordine quo reperi menſibus Latinorum reſpondere, ducto ab eo, qui nobis primus anni numeratur, principio.

Γαμηλιὼν, Januarius, ex Gaza, ex aliis October, à γαμέω, quòd eo menſe feſta aut convivia nuptialia fierent.

Ελαφηβολιὼν, Februarius; ex ἔλαφος, Cervus, Cerva, propter feſtum in honorem Dianæ venatricis celebrari ſolitum.

Μυνυχιὼν, Martius, à Μυνυχία, qui portus erat Athenienſium munitiſſimus, ubi erat Dianæ Munichiæ fanũ, in quo Deæ ſacra eo menſe celebrabantur.

Θαργηλιὼν, Aprilis, ἀπὸ τὰ θαργήλια, feſtum ex eo nominatum, quia in eo primitiæ earum frugum, quas calor ſolis θέρων καὶ θάλπων τὴν γῆν produxerat, diis offerentur.

Σκιροφοριὼν, Maius, quod eo menſe σκιροφορία, feſtum celebrabatur, quo umbraculũ ex arce Athenis

nis solennì pompa deferebatur, signumq; ædificandi dabatur.

Ἑκατομβαιών, Junius, qui mensis primus erat Atticorum, anni initium, quem à solstitio æstivo inchoabant, à sacrificiis majoribus, nempe hecatombis, quæ tunc fiebant, nomen accepit.

Μεταγειτνιών, Julius, secundus mensis, in quo Apollini Metagitnio Athenienses sacrificabant.

Βοηδρομιών, Augustus, propter βοηδρόμια, festū quoddam Athenis celebrari solitum, ob prælium à Theseo adversus Amazones fœliciter gestum.

Μαιμακτηριών, September, de nomine Jovis, qui μαιμάκτης. i. Furore percitus, propter imbrium impetum: Et sacra, quæ illi fiebant, ad eum placandum, μαιμακτήρια dicebantur.

Πυανεψιών, October, à festo πυανεψίων, quod celebrabatur, frugibus terræ jam collectis atque conditis.

Ἀνθεστηριών, November, dictus quia ἀνθέων τερεῖ τὴν γῆν, floribus spoliat terram.

Ποσιδεών, December, quasi Neptunius, quòd esset Neptuno sacer, in eóque sacra illi fierent. In eodem quoque ἠγωνίζοντο οἱ μέγιστοι, καὶ τῶν μεγίστων ἀγῶνες, imitatione Neptuni & Minervæ de Attica contendentium.

Hæc sunt nomina mensium Atticorum, quanquam de iis non satis convenit inter omnes authores, ut neque de ordine. Dividunt autem suum mensem in τρία δεκάμερα, id est, in tres decadas: primam vocant μηνὸς ἱσταμένου, sive ἀρχομένου· secundam, μεσοῦντος μηνὸς, vel ἐπὶ δεκάδι· tertiam, φθίνοντος μηνὸς, sive παυομένου, aut λήγοντος, vel etiā ἐπὶ δεκάδι. Utuntur diebus numerandis nominibus ordinalibus πρώτη, δευτέρα, τρίτη, τετάρτη seu τετράς, πέμπτη, seu πέμπας, & ita deinceps, nisi quod primi cujusq; mensis

mensis dies vocetur νουμηνία, quoniam in eo erat novilunium, luna menses auspicante & finiente. Decima quinta, ab Hesiodo dicitur μέση, quòd medium obtineat locum. Ultima ἕνη καὶ νέα. Hoc porrò discriminis est, quod in ἱσταμένου & μεσοῦντος μηνὸς diebus numerandis recto ordine progrediuntur, δευτέρα, τρίτη ἱσταμένου, secunda, tertia: & πρώτη, δευτέρα μεσοῦντος, undecima, duodecima. In φθίνοντος autem decade utuntur ordine retrogrado, quali in suis Nonis, Idibus, & Calendis Latini, δεκάτη, ἐννάτη φθίνοντος, vigesima prima, vigesima secunda, & ita deinceps. De intercalationibus, legendus Macrob. lib. 1. Satur. c. 13.

FINIS.



Typographus Lectori Salutem.

QUod aliis rebus evenire ſolet, ut vel hominum incuriâ, vel injuriâ temporum ſitu obducantur, aut corrumpantur rubigine: idem huic nitidiſſimæ Græcæ Grammatices Inſtitutioni prope contigiſſe, non ſine ali[illegible]re, comperi. Quod ubi primùm intellexeram, [illegible]mâ operâ contendebam, ut priſtino ſplendori reſtitueretur. Quâ quidem in re ita me geſſi, ut quàm emendatiſſima prodiret hæc noſtra editio, nec tamen quicquam quavis in regulâ, niſi ubi maximè neceſſe fuerat, mutaretur. Pauciſſimis quibuſdam aliquid vel additum vel detractum non diffiteor, rectè an ſecus tuum ſit judicium. Tu verò, Candide Lector, cogita, [illegible]i interſit reipublicæ literariæ, ut libri, qui [illegible]ecidiano uſu in ſcholis teruntur, quàm correctiſſimi in manus puerorum veniant, utque non multo minoris ſit ſtudii vetera reſtituere, quàm proferre nova. Hoc animo hanc novam hujus Inſtitutionis editionem amplectere. Sic ut fruaris vale.

EST & aliud, Lector humaniſſime, quod te monere velim, *Novum ſc: Teſtamentum Græcum* typis noſtris nuperrimè eſſe excuſum. Quod, ut faciliùs unà tum *Grammatices* hujuſce regulis, vel nemine juvante, pervolvas; Vocabulorum omnium difficiliorum Themata, (quæ in *Paſſoris Lexico* Grammaticè tibi reſolvuntur) in margine appoſita habes.

2691.40